ACTA SYNODI BERNENSIS. CONSTITUTIO, VITAE DOCTRINAEQUE FORMULAM, QUAM...

Berna, Simon Sulzer

CLARISSIMIS AC PRVDENTISSIMIS VIRIS Conſuli ſenatuiq́; Bernenſi, dominis ac patribus ſuis clementiſſimis S.

PRODITVM eſt ueteri prouerbio Amyclas ſilentio perijſſe. Mihi uerò uiri clariſſimi, non parum profuit tacendo hactenus apud uos, nonnullam de me futuri profectus exiſtimationem fouiſſe, quàm nihil eſt quod dubitē me totam amiſſurum, mox ubi muta, quod dici ſolet perſona præter ætatem depoſita, in conſeſſum hunc ueſtrum prudentiſſimorum hominum corona refertum, atq; etiam in ſęculi huius excultiſſimi theatrum audaculus proſiliero, eò periculi pleniorem aleam ſubiturus, quo minus hic expectationi ueſtræ reſpondero, ut interim nō commemorē, quàm ſit abſurdum, me nullo dum aut rerum uſu aut elegātiori doctrina inſtructum, grauiſſimis ueſtris occupationibus impudenter obſtrepere. Et quanquam hæc ita habere intelligam, cogit me tamen, partim meum in patriam, inq́; uos priuatim luculentiſſimè de me meritos, ſtudium ac pietas, partim uerò improbi amicorum ac patronorum inſignium hortatus, qui oblatam teſtandæ meæ in patriam uoluntatis occaſionem negligendam minimè cenſuerunt, ut felicem uerę religionis ſucceſſum, nuper habita Synodo reparatum, uobis ac mihi quoque congratularer. Cuius acta ubi ad me perueniſſent, duplici nomine exultare cepi, quū quod tanta animi propenſione, tantoq́; ſtudio, ad Euangelij dignitatem tuendam, in ea tam graui & calamitoſa rerū uiciſſitudine accingi uelut de integro uos animaduertiſſem, quo ſanè nuntio hoc præſertim tempore, nihil uel gratius, uel iucundius accidere mihi potuit, tum quod hæc eadem à Parrochis ueſtris ſapienter pięq́; inſtituta, mox typis

excudenda, atque ad gloriæ dei incremētum diuulganda, perſpicerem. Neq; enim obſcurum erat, quantopere pietatis curſum cui nunc uel maximè remorā inijcere parabat ille generis humani hoſtis, promouere poſſet: ſi, quæ uiri docti & pij tantoq; earum rerum uſu prædititi inter ſe accuratè cōſultantes, de doctrina & moribus miniſtrorum Euangelij ſtatuiſſent, eadem quoq; alijs gregem Chriſti præeuntibus, communicarentur. Quam enim in utroq;, haud leui eccleſiarum ſuarum detrimento aberrēt hodie non parum multi, nimium liquidò conſtat. Atq; in uniuerſum non Parrochis hęc tantū, ſed omnibus Chriſtianis rectiſſimè ſcripta uideri poſſunt, utpote quæ ad omnē uitam rectè pieq;, ſi attente legantur, inſtituendam ſufficiant. Addo huc quod haud parum firmi ſolatij afflictis nunc paſſim piorum mentibus eſt acceſſurum, ubi in priſtino etiamnum apud uos, omnium oculis exempli inſtar expoſitos loco incōcuſſam Euangelij fidem permanere, nec iacturam feciſſe ullam, teſtimonio tam luculento declarabitur. Quam famam cum latiſſimè ſpargi boni omnes cuperēt, libelli in Latinum ſermonem transfundendi, amicis, quod dixi, huc impellentibus laborem ſuſcepi, quo non uernaculæ modo noſtræ peritis, ſed eiuſdem etiam ignaris, tanta cum ſynceritate ac uigilantia geſtum negocium innoteſceret, quanquam interim pro mea tenuitate imparem huic me oneri, ob ſummā cum argumēti ipſius, tum uerborum grauitatem futurum, haud quaquam ignorarē. Quia tamen ad gloriam dei promouendam, nonnihil factura ea res uidebatur, committendum non eſſe ratus ſum, ut tantorum Mecęnatum imperiū ulla ex parte ſubterfugiſſe, ac pietati meo qualicunq; conatu defuiſſe iudicari poſſem. Cuius utriuſq;, quo ad eius fieri potuit, culpari minimè uolebam. Adniſus igitur ſum pro uirili, effeciq; ſpero, ut ſi non omnia cum gratia, id quod à

me πῶ-

me προσωτέρω præſtari non potuit, bona tamen fide reſpon-
dere omnia comperiant, quotquot utrumque inter ſe exem-
plar ſunt collaturi. Proinde hoc quicquid eſt operę, ueſtro,
domini & patres colendiſſimi, nomini dedicare libuit: non
id quidem ueſtræ amplitudinis illuſtrandæ cauſa, ut quæ
maior omnino eſt, quàm ut per me accedere illi quicquam
ornamenti queat, ſed ut aliqua ſaltem ratione me ob innu-
mera quæ in immerentem confertis beneficia, gratum eſſe
memoremque declarem. Atqui ut hoc plus quàm leuidenſe
munus, læta uos hilarique fronte excepturos certò cõfidam,
facit V. C. ſingularis benignitas ac fauor, quo ita ſtudioſos
omnes complectimini, ita fouetis, ut ſi uſpiam certè apud
uos, deſertis uerè ac profligatis camœnis ſuffugium conſtans eſſe uideatur. Quam ueſtram munificentiam cum a-
lijs multis ego uel inprimis aliquot iam annis experior, ut
quem ignotum ferè ac extra ſolum patriũ incertis ſedibus
& ſtudijs oberrantẽ ex ſola D. Bernardi Tillmanni, & piæ
memoriæ D. Nicolai Emanuelis, patronorũ meorum ac ſe
natorij ordinis principum uirorum commendatione alum
num ſuſceperitis. Vbi ſanè egregia ueſtra uoluntas, maxi-
mam meretur laudem, quando ut pietatis, ita bonarum lite
rarum ſeminaria, tantum non extincta reuocare ac excitare
tantò ſtudio contenditis: non ignari nimirum quantũ cum
reip. ornamenti tum inſtaurandæ religioni præſidij ſit alla-
turum: ſi iuuentus ueſtra bonis artibus ac moribus piè &
ſanctè imbuatur: quò olim, & ad cœleſtis philoſophiæ ady-
ta, & ad reipub. gubernacula inſtructa excultaque adhiberi
poſſit. Pergite igitur uiri clariſſimi in eo tam ſalubri ac ſacro
promouendi literas ac pietatẽ inſtituto, quò iudici uos deo
adprobetis, & præclarum ad poſteros tranſmittatis exem-
plum. Ad me quod attinet quando aliud polliceri nihil poſ
ſum, operam dabo, ne fidem ac ſedulitatem ſtudioſo dignã

in me unquam ſitis deſideraturi: in quo commendari me ueſtræ celſitudini cupio, domini ac patroni colendiſſimi. Deus optimus maximus uos reipublicæ bono diu ſuperſtites incolumesq́ reſeruet. Baſileæ IIII. Calend. Aprilis. Anno ab orbe ſeruato. M. D. XXXII.

V. C. obſequentiſſ. filius
Simon Sultzærus.

SENATVS DECRETVM.

Nos Conſul & ſenatus uterq́ urbis Bernenſis, omnibus noſtræ ditionis Parrochis, ac diuini uerbi miniſtris, oblata beneuolentia, notum facimus.

POſtquam Papiſmo unà cum omnibus uanis perſuaſionibus & ſuperſtitione abrogato reiectoq́, ſacrum Euangelium in urbe ac ditione noſtra tota, mox à diſputatione ante quadriennium habita, ita ſumus amplexi, ut parem cum reipub. noſtræ legibus uim & autoritatem deinceps habiturum opitulante deo: & ad quod doctrina eccleſiarum & mores noſtri emendentur, omnium uotis conſentientibus, ſolenni inſuper iureiurãdo profeſſi ſumus. Quod inſtitutũ tamen, nec rectè geri, nec propagari poteſt, niſi à uobis qui eccleſiarum ſuſtinetis miniſterium, ſana doctrina uitæq́ ueſtræ innocentia, tanquam è ſalubri fonte promanans plæbi ueram ſitienti iuſticiã exhibeatur. Ad eam rem conſequendam quum totis animis propẽderemus, omnis generis decreta, ad uos gregis domini paſtores pertinentia & noſtræ iam pridem reformationi quã uocãt, inſtitæ inſeuimus, & ueſtris quoq́ ꝓpoſuimus Synodis. Nec minus tamen multa, cum in inſtitutione, tum moribus etiam ueſtris

deſide

deſiderari comperimus, quamobrem dei gloria pietasq; omnis ac uitæ integritas apud ſubditos non ſine graui morũ corruptela deficit uehementer ac impeditur, quo nomine cumulatim ſuper nos, ac plæbẽ uniuerſam, irati dei indignationem accendi & augeri conſtat. Quæ cauſa etiam eſt, cur noſtro uitio malè apud exteros audiat Euangelium, quando nulla planè uel modeſtia Chriſtiana, uel pietas ſolida, quod unicum ueritatis ſigillum eſt ac uiuum teſtimoniũ, in noſtris ſubditis uerbi diuini auditoribus eluceſcit. Cuius mali atrocitatẽ non immeritò diligẽter, ſummaq; animi agitatione perpendendam eſſe duximus, præſertim quando plus, tam in miniſtrorum uerbi, quàm plæbis uita, timoris dei, emendatioris uitæ, uirtutũ, ac ſanctimoniæ, extare nobis polliceremur, quàm hactenus eluxerit. Quantũ enim malorum ac improbitatis inuexerit, illa factionũ diſcordia, quàmq; parũ etiamnũ Chriſtianæ diſciplinæ eniteat, poſt recentes noſtros tumultus, etiamſi ignoratum fuiſſet hactenus, abundè perſpeximus. Siquidẽ poſthabita ſpretaq; noſtrarum legum autoritate, plurimi noſtræ ditionis Germani & Galli, in peſſima omnis generis flagitia impudenter eruperunt. Quamobrẽ primũ nos ipſos accurato exactoq; examine ac indagatione perquiſiuimus, quemnam quiſq; ex nobis erga deum, ſacrumq; eius Euangelium affectum animumq; gerat, hoc eſt, nũ fluxas opes, honoresq; momẽtaneos, & corpus deniq; ipſum, magis quàm cœleſtẽ illam & æternã uitam, quam Chriſtus nobis recuperauit, Apoſtoli prædicarũt, atq; per ſpiritum ſanctum credentibus aliquo modo cõmunicata eſt, tueri & conſeruare paratus ſit. Quibus ultro citroq; perpẽſis, nequaq; diuina benignitas, quã ubertim per Chriſtum in ſuos diffundit, eò prolabi amẽtiæ nos permiſit: ut, tametſi hoc tempore perpetuus ferè calamitatum tenor puſillanimes multorum conſcientias grauiter

offenſas deijciat proſternatq́, ut ullum ob afflictionis præſentis moleſtiã in ſanctiſſimo ſuo nomine, ac ueraciſſimis promiſſionibus amplectendis & protegendis, faſtidium ac ſatietas nos ceperit. Quin potius de integro re ſtudioſius penſiculata, cõuenimus, concordiq́ ſuffragio Euangelium quàm latè ſe noſtræ ditionis extendunt pomeria, apud nos noſtræq́ commiſſos fidei, propagare, ac eius uim doctrina & uita exprimere, dignitatem uerò eius, pro uirili & gratia diuina ſartamtectam, quod dicitur, cõſeruare decreuimus. id quod uno ore omniũ ſubditorũ nuper ad nos miſſi legati petierunt, eoq́ à nobis promulgata iam olim cauſa ueræ inſtaurandæ religionis decreta, ultro nunc rurſus rata in poſterum habenda receperunt. Quare cum non præter cauſam, ad alia quoq́ ingruentia mala ac uitia remouenda cõpelleremur, Synodum omnium ueſtrum, qui docẽdi in eccleſijs munere fungimini, conſcripſimus. Ad quam ubi die IX. Ianuarij hoc XXXII. anno in urbe noſtra Bernenſi cõueniſſetis, ſupra noſtram ſimul ac ueſtrũ omnium ſpem & expectationem, piè ſtudioſiſſimeq́, eo, qui mox ſubſequẽt ordine, de forma doctrinę Chriſtianæ ac uitę tractãtes uos ipſos commonefeciſtis, nec ex uobis erat quiſq́, qui tã ſynceram ſanctamq́ monitionem, non promptè animoq́ ardentiſſimo exciperet. Qua in re deus clementiſſimus ueſtras, ut ſperamus, mentes accendit, atq́ negocium ab externo per ſedulum quendam eius ac fidum miniſtrum ſuũ & legatũ, tanquã idoneum inſtrumentum promouit. Qui ſuum porrò opus tam in noſtris q̃ in ueſtris etiam animis abſoluere dignetur. Amen.

Porro cum acta illa ueſtræ Synodi, nobis Coſs. & ſenatui offerretis, unicè ſimul efflagitaſtis, ut ſi perlecta probarentur, noſtra ea autoritate confirmaremus, ad nos quantum attinet exequeremur, uobiſq́ demanderemus exequenda

quenda. Ne gratia donumq; dei, hoc eſt, tam piæ conſulta-
tiones irritæ intercidérent: id quod fit, dum in cõmuni con
uentu etiam utiliter inſtituta, à pio magiſtratu non corrobo
rantur. Ea itaq; ueſtra ſcripta, ut intellecta à nobis ſunt, ſin-
gulari fauore excepimus, frugiferaq; per omnia ac inſtituto
Chriſti conſentanea eſſe iudicauimus, cenſemusq; planè
non aliter quàm ad eiuſmodi omnino præſcriptum, parro-
chorum doctrinam, ac uitam eſſe formandam, quò cœleſte
illud æternumq; ædificium ſpe uberiore accreſcat, carnisq;
reprimatur licentia: ſpiritus uerò ſancti, internæq; gratiæ
curſui liber relinquat progreſſus, ut cui nullam imperare
creaturam conueniat, ueluti hoc ipſo libello diſertæ copio-
ſeq; eſtis teſtati. Quamobrem acta hæc Synodi communi
adprobauimus conſenſu, ac tanquam ad gloriam dei incre
mentumq; Euangelij promouendum uel maximè pertinẽ
tia firma rataq; eſſe uolumus, adq; nos quatenus pertingũt,
moribus exprimere, noſtrisq; ſubditis per uniuerſam ditio
nem ſtudioſè obſeruationem eorum imperare ſtatuimus.
Atque ueſtris Parrochis & concionatoribus in uerbi diui-
ni prædicatione plenam facimus poteſtatem, ac in eo etiam
tuebimur, ut unum Chriſtum Ieſum annuntiare, errores re
fellere, flagitia quoq; & ſcelera quum magiſtratuũ tum ſub
ditorum iuxta fidei charitatisq; analogiam, ac præſentium
auditorum profectum, liberè, citraq; tremorem carpere &
obiurgare poſſitis. Verum quemadmodum etiam uos ipſi
æquũ eſſe piumq; affirmaſtis, Si quis è uobis non ad dei glo
riam, iuxta formam ac modulum ſpiritus, doceat ædificatio
nem, ſed ex animi impotentia & libidine malitioſa cõuicia
egerat, in cuiuſcunq; id ſexus aut conditionis homines fiat,
nequaq; impunè ferre patiemur: qua tamen in re nõ rigidè
nimium omnia perſequemur. Sed quoniam eorum quæ
piè inſtituiſtis, maior pars ad uos, ueſtrumq; munus per-
tinet

tinet, uolumus ut ea quum inter uos ipſos, tum apud plæ‑bē in omni doctrina moribus ſtudioſe præſtetis. Decani uero ac alij, qui eruditione ſynceraq́ pietate antecellūt ad ea præſtanda ſe mutuo, cæterosq́ hortentur, promoueant, & impellant. Verùm ſi quē huic tā ſalubri inſtituto oblatrare, atq́ ex eius contemptu & præuaricatione munus, iniunctū male tueri, ac uitæ improbitate malo eſſe exēplo alijs cōperimus, eiuſmodi illū pœna afficiemus, ut intelligant omnes quāta nos gloriæ dei, uerbiq́ diuini neglectus cura tangat. Proinde quāta poſſums auroritate ſerio imperamus, ut hęc acta ſubſequentibus Synodis, quæ Calendis Maijs ex more ferè celebrantur, diligenter relecta ac explicata in memoriam reuocentur, nec uſquam ab hoc diſcedatur præſcripto. Quod ſi autem à noſtris Parrochis aut exteris proferatur deinceps, quod propius nos ad Chriſtum perducere, atque ex fide ſcripturæ ſacræ Chriſtianis moribus conducibilius eſſe queat, quàm quæ hæc propoſita nobis formula complectitur, obuijs, quod dicit, ulnis excipiemus, ſuum ſpiritui ſancto curſum qui neglecta carnalium rerū concupiſcentia, ad abſolutum Chriſti exemplar contendit, nequaquam remoraturi. Cuius nobis gratia omnibus perpetuò adeſſe uelit. Datum Bernæ XIIII. Ianuarij

plæ=
niue
d ea
nt,&
rare,
nctū
cõpe
nnes
gat.
hęc
mo
mō
cri=
ſera
,at
ıci=
ula
ım
tu=

ACTA SYNODI IX IANVARII CAEPTAE, XIIII. VERO EIVSDEM MENſis finitæ,hoc XXXII.anno .In qua CCXXX. Parrochi urbis ac ditionis Bernenſium conuenerunt.

De officio ac poteſtate magiſtratus ciuilis in rebus fidei,unà cum adhortatione ad inclytum ſenatum Bernenſem.

QVONIAM ita comparatum eſt uiri celeberrimi, ut in his quæ ad externarum rerum adminiſtrationem attinent, citra ciuilis poteſtatis adminiculum & autoritatem,nihil à uerbi dei miniſtris uel inſtitui,uel cõfirmari queat, ob corruptos adeò ac pertinaces, cum doctorum ipſorum tum plebis animos, eò quòd ſpiritu dei ac uirtute iam dum caremus omnes. Addecet ſane eum magiſtratum qui Chriſti nomine gaudet & gloriatur,ſtudio uigilantiſſimo incumbere,ut poteſtas ea non terrenarum modo rerum,ſed domini etiam miniſtra efficiatur,euangelicamq́ doctrinam & uitam,quatenus ea in externis eſt ſita,promoueat ac tueatur, apud ſuæ præſertim cõmiſſos fidei,pro quibus in extremo illo iudicio, quo per Chriſtum deus iudicabit damnabitq́ mundum,ut reddant rationẽ, ſiſtendi ſunt omnes. Verùm quòd ad eũ gratiæ curſum profectumq́ attinet,qui in ipſo humanæ mentis ſinu atq́ receſſu uerſatur,excitandum aut propagandum,non id facultatis eſt humanę,nec quiſq́ uel magiſtratuũ uel creaturæ penitus ullius id negociũ eſſe credat. Etenim cum cœleſtium rerum perpetuitas atq́ cõſtan

tia, omne conſilium humanum, omnemq́; terrenam poteſtatem excedat, nemo tantũ ſibi ſumere debet, ut hominũ conſcientias conetur ullo præcepto edictóue aſtringere, ne adgrauaſſe eas terminumq́; ſpiritui, cuius progreſſus liber eſt, prædefinijſſe uideatur. Chriſtus enim Ieſus qui omnem à patre cœleſti autoritatem, ſpiritusq́; ſancti promiſſionem accepit, unus dominus & imperator mentium eſt humanarum. Vnde ſatis liquet Papam, epiſcopos, ſacerdotes, & reliquos eius factionis homines, Chriſto uelut ex cõpoſito repugnare, doctrinamq́; docere dæmoniorũ. Quoniam cõſcientias hominum regere, noxamq́; ubi nulla eſt, confingere nituntur, atq; ea quibus contra deum delinquitur grauiſſimè crimina abolendi poteſtatem eſſe ſibi conceſſam, perq́; uana & efficta opera gratiam domini & fauorem quum ſibi tum alijs demereri ſe poſſe confidentiſſimè aſſerunt. Cui impietati, non ſolum ſe non ingerere magiſtratus debet, ſed quantum poteſt fugere, eamq́; ne ingruat præcauere. Interim tamen ſyncerã atq; ſolidam, in ijs præſertim quæ in craſſis illis & conſpicuis hominum actionibus conſiſtunt, adminiſtrationem, nunquam uel deſeret uel intermittet à deo miſſa poteſtas. Quin ubi pietatis profectus & fructus promoueri poſſe ſperatur, tanquam dei ſociam ac auxiliatricem ſeſe adiunget: id quod ita fiet, ſi ſanã doctrinam diligenter foueat, errores & impoſturas excludat, offendicula auertat, atq; æternam illam & inconcuſſam ueritatem, fortiter, totoq́; pectore tueatur.

Quandoquidem igitur uiri ornatiſſimi, euangelium domini à uobis tanta alacritate, & ſuſceptum eſt, & ad ſubditos propagatum, qui ex æquo ſe uobiſcum omnes in hoc tanquam municipale ius, quo antiquius nihil habetis, iuramento obſtrinxerunt, meritò id etiam inſtar ſenatusdecreti æſtimari & haberi à ueſtra amplitudine debet; eoq́; etiamſi

mundum

mundum ſpectetis citra ignominiam deſeri à uobis recepta ſemel ueritas nullo modo poteſt. Nec tamen inficiamur gladium illum terrenum, ueſtrumꝗ miniſterium, aliud nihil (niſi negocium ipſe promoueat Chriſtus) q̄ hypocritas efficere poſſe, iamꝗ pridem etiā effeciſſe nonnullos. Vitant enim miſſam tanquam rem abominandam non parum multi, quibus cum illa pulchrè conueniret, nihilꝗ ab ea abhorrerent penitus, niſi per edictum ueſtrum publicū ea eſſet abrogata. Verum id neminem commoueat: ad Moyſi reſpiciatur exemplum, cuius quum miniſterium in domini lege (quæ uitæ tamen lex erat) amplius promouere nihil poſſet, non tamen ullo pacto ceſſandum ſibi eſt ratus, ſed magis ſtrenuè delegatū munus obeundum & exequendum: quò uiuificam eam legem carni, quæ potiſſimum illi nitebatur, in literam mortuam, atꝗ adeò in iram mortemꝗ ipſam tranſmutaret. Nam in omni Moyſi adminiſtratione nunquam plæbi dominus uel mentem ſanam, uel oculos apertos, uel aures ad diuina percipienda idoneos conceſſit, quadraginta licet annis cum ipſis tum conuixiſſet Moyſes: id quod in poſtremo ſuo quem ante mortem habuit ſermone, breuiter conqueritur. *Deutr. 29.* adeò parum in Chriſtiana inſtituenda republica etiam ſeduli miniſtri opera & induſtria proficit. Interim uerò utut ſuſcipiatur Euangelium, non in magiſtratu, ſed in his quibus id offertur, culpa reſidebit. Siquidem hoc unum eſt ueſtrum & ardens uotum, quî quantum in uobis eſt, plurimi ab errore ad uerum numinis cultū alliciantur, offendiculaꝗ, & ſi quæ extant publicè ſcelera, coërceantur. Quę tamen omnia non ad emendationem uitæ, ſed ad hypocriſim potius accipit mundus: non aliter ac Moyſi quoꝗ accidit inter ſuos, id unum operam danti, qui ad dominum perquamplurimos adduceret, labentiꝗ & inclinanti ſubinde ueræ pietati opem ferret.

Et quanquam à nullo magiſtratu, ut uel animi puri, uel conſcientia tranquilla reddatur, præſtari queat, adiuuatis ta men in hoc ueſtra potentia & autoritate, ut apud uos ueſtrosq́ uerbum domini ſtrenuè exerceatur, gratia uera ape riatur, atq́ ad fontem illum ducantur omnes ex quo uno ſa lutis & immortalitatis aquæ hauriuntur, hoc eſt, Chriſtum Ieſum, unicum inter deum & homines mediatorem. Cui tam ſalubri doctrinæ quicunq́ tandem pareant, imò ſi incaſſum (quod minimè uidetur conſentaneum) ueſter exeat conatus, iniuncto tamen munere ritè perfuncti, animas uobis è noxa eripueritis, nec minus reipublicæ Chriſtianę adiumenti attuleritis, quàm Moyſes & pij illi Iuda reges, qui legem domini in plebe ſua diligenter exercebãt. Cuius cũ prælectio aſſidua diuini uerbi prædicationi, quam unicè fo uebant reges, coniungeretur, ira iudiciumq́ dei aduerſus ſceleratos eſt declaratum: peccandiq́ hoc pacto profligata licentia: pietas porrò uera detegi & ueris iam affectibus coli cœpta: eſt cuius rei cauſa ſanctiſſimi reges, præclarum in ſcripturis encomium à ſpiritu ſancto ſunt conſecuti.

Hoc ergo tam pium ueſtrum & ſanctum inſtitutũ neutiquam uel interturbare, uel remorari debet, quod nonnulli parum prudentes homines obijciunt, aſſerentes Chriſtianiſmum cum in interiore homine ſit poſitus, non à ueſtræ potentiæ, ſed uerbi dei gladio regi debere & adminiſtrari, adeoq́ de integro nouum exoriri papiſmum, ſi in fidei negocium autoritatem ueſtram ſitis interpoſituri. Quibus ita reſponderi poteſt. Non negari poſſe ea, quemadmodũ illi affirmãt contingere, ſi magiſtratus in conſcientias aut libertatem Chriſtianam, qua una mens pia fouetur, imperiũ ſibi aſſumat: cuiuſmodi tamen ſuſpicio in uos minimè cadit, ut quibus id unum in Euangelij negocio ſtudio fuerit hactenus, qui paſtores domini gregem ſynceriter & ſtudioſè

docerent

docerent,ad leges principis ſui Chriſti ſeruandas admonerent,ad ueritatem cohortarentur, flagitia præterea cum magiſtratuum,tum ſubditorum carperent & obiurgarent: interim tamen externa illa religionis ualere eatenus uolentes, ne ſpiritus ſancti curſus uel interclusus, uel interruptus iudicari poſſet. Sed earum rerum fidem tum facietis luculentam, ſi quę in præſenti Synodo,nos qui Euangeliū domini apud uos ueſtrosq; docēdi in profeſſo habemus,poſt diligētem conſultationē ad gloriā dei promouendā inſtituimus, ea ueſtra autoritate confirmaueritis , nobiſq; tanquam celſitudini ueſtræ obnoxijs & obſtrictis,obſeruanda,rataq; in perpetuum habenda demandaueritis, quod ut fiat etiam atq; etiam petimus,ſuppliciterq; obſecramus. Habent autem ea ſe in hunc modum.

Quod noſtræ profeſſioni ſolerter nos uacare conueniat. Caput I.

PRincipio cum parrochos, & uerbi diuini præcones, præter cæteros ad ædificandam eccleſiā miſſos miniſtros ſpiritus, deiq; myſteriorum diſpenſatores, & eſſe nos & dici par ſit (nam & alij qui cum in hac, tum in cæteris urbibus publicis præſunt conſilijs,miniſtri dei ſunt & appellantur) ęquum uel pręcipuè & neceſſarium etiā fuerit,iuxta nuper promulgatū pro Euangelij ſucceſſu à magiſtratu decretum,ut munus quod à domino delegatum ſuſtinemus, ſanctum & cœleſte, id omni cura rite atq; ordine obeamus & tueamur. quod ut præſtetur ſana & incorrupta doctrina, uitæq; ſanctimonia, non quòd ad nos ſolum, ſed quòd ad uniuerſos etiā fidei noſtrę conſortes domeſticoſq; attinet,requiritur.

Chriſtum unicè eſſe docendum. Cap. II.

Certum eſt autem doctrinam ueram & ſalubrem, aliud

eſſe nihil niſi æternum illud uerbum, patriſq; cœleſtis benignitatem & beneuolentiam, quam in Chriſto generi humano exhibuit, hoc eſt, ille ipſe Chriſtus Ieſus qui noſtri cauſa crucis ſubiuit ſupplicium, propterq; noſtri iuſtificationem à mortuis eſt excitatus. Quicquid igitur huic dogmati repugnat, tanquam ſaluti noſtræ contrarium habeatur, imò quicquid in ſe non ea, quæ dicta ſunt uniuerſa cõplectit, non pro Chriſtiana, ſed uana & inani doctrina cenſeri debet. Nam in hoc omnes uocati ſunt ueri Euangeliſtæ, ut tanquam ſalutis per Chriſtum conſequendæ annunciatores, paſſionis eius ſint teſtes, uelutq; in hoc unũ amandati, uoluntatem eius & commiſſa obeant & exequantur. In eũ quoq; modũ & Chriſtus à patre eſt demiſſus in mundũ, quo paternũ illius nomen & gloriã miſeris nobis mortalibus aperiret & explicaret, id quod in omni uita ſtudioſiſſimè præſtitit, ut qui perpetuò in patris ſui negotio occupatus, ea ſolum quæ ab ipſo acceperat docuerit & prædicarit.

Deum plæbi tantummodo in Chriſto eſſe demonſtrandum. Caput III.

Ridiculum autẽ fuerit Chriſti apoſtolum & miniſtrũ, domini ſui uoluntatẽ, minus exploratè cognitam perceptamq; habere, aut rebus occupari alijs, quę à glorię dei ſalutiſq; noſtrę profectu, in quã promouendã totus debebat incumbere, ſint aliena. In Chriſto nanq; paternã erga nos benignitatem, operaq; cœleſtia uel manifeſtiſſimè deprehendimus, eò quod per hũc nos maieſtas illa ęterna uoluerit reconciliatos, perq; ſpiritũ eius, cuius interuentu noſtra corda inhabitat, etiamnũ quotidie appellet. Atq; ea Chriſti cognitio accedente ſedula ac perpetua admonitione, fidem ſolidam maiori indies incremento adauget. Verum ſi more Ethnicorũ de deo diſſerat

à uerbi miniſtris, eo neglecto Chriſto, in cuius fulgore &
imagine æterna illa ſapientia ueritasq́ elucet, adeo non uel
in emendatione uitæ uel dei cognitione quicquam profici
etur, ut & plæbs commiſſa ſibi reddatur ſeipſa deterior, &
eò tandem prouehamur impietatis, ut ueritate deſperata
abſq́ omni dei cultu uitam tranſigamus, perinde ac Ethni-
cis accidit, qui cum de naturali numine multa acutè & ſub-
tiliter diſputarent, nunquam tamen uel deum legitimè ue-
nerari, uel clementiæ illius paternæ & bonitatis ſenſum fir
miter ullum percipere potuerunt, tantiſper donec in Chri-
ſtum annunciatũ crederent: id quod ad Epheſ. Paulus hi- *Ephes.2.*
ſce uerbis teſtatur. Eratis (inquit) in tempore illo ſine Chri
ſto. &c. ſpem non habentes, deoq́ carentes in Mundo.

Chriſtum eſſe uerum fundamentum Cap. IIII.

IEſus Chriſtus ſeruator omnium, unicum eſt ſacri
illius ædificij fundamentũ, ſine quo, ut nulla ſpe-
randa ſalus, ita huic cõſtanter innitenti nulla ma
ledictio eſt formidãda: hic etenim lapis eſt ille an
gularis, introitus, uia, ueritas & uita: quam ſolam Apoſtoli,
ipſorũq́ diſcipuli, quorũ ueſtigijs nos Parrochi inſiſtimus
docuerunt: eoq́ Paulus eam quæ ex lege petitur iuſtifica- *Phil.3.*
tionẽ reiecit, ſimulq́ cum cæteris Apoſtolis pro fundamen
to ſolido Chriſtum collocauit. Quæ omnia exemplis mox
ſequentibus clarius patebunt, quanquã idipſum nulla nõ
ſcriptura cõfirmet. Ego (inquit) iuxta gratiam quæ data *1. Cor.3.*
eſt mihi ut ſapiens architectus fundamentum poſui. &c.
Nam fundamẽtum aliud nemo poteſt ponere, præter hoc
quod poſitum eſt, quod eſt Ieſus Chriſtus. Siquidem guſta *1. Petri.2.*
ſtis quod benignus eſt dominus, ad illum accedentes qui
lapis eſt uiuus. Hic Ieſus Chriſtus electus eſt lapis ille an
gularis & precioſus, de quo Eſaias 28. & Pſalm. 118.

Per Chriſtum abſque omni medio benignum
deum agnoſci. Caput V.

SEd quid longiore hic ſermone eſt opus, cum o-
mnes ſcientię ſapientiæq; theſauri in hoc ſint re-
conditi? Coloſ.2. Quę igitur ſit cauſa quamobrē
diuini uerbi miniſter ſapientiā ueram ex alijs po
tius hiſtorijs libriſq; peregrinis, q̄ ex hoc domini noſtri poe
nu, quod unū abundè cōplectitur omnia, petat aut depro-
mat? Sæpe equidē de deo pręter Chriſtū loqui multa multi
conantur, ſed id abſq; fructu, eo quod in operibus ſeipſum
declararit, perq; quarundam rerum effigies & indicia mor
talium generi innotuerit: ut in Paradiſo, per arborem uitæ:
Gen.2. Poſt caſum Adæ per mulieris ſemen: Abrahamo per id qđ
Gen.3. eum eduxit ex Vr Chaldęorum. Seruo ſuo & ſucceſſori, cū
Gen.11. diceret è rubo: Ego ſum deus patris tui, deus Abrahā, deus
& 12. Iſaac & deus Iacob. Similiter apud populū, dominus deus
Exo.3. patrū ueſtrorū, Deus Abrahā &c. In eremo ac in terra pro-
Exo.20. miſſionis, deus q nos eduxit ex Aegypto, & de domo ſerui
tutis. Pręterea fœderis illiꝰ cauſa, archa teſtimonij, templū,
atq; ipſa etiam urbs Hyeroſolimitana deus appellabatur,
quibus rebus tanquam imaginibus creatorem omnium in
telligebāt, qui per certas eiuſmodi notas, & gratiæ ſuæ ope
ra, obſcuritate tamen quadam inuoluta, ſeipſum repreſen-
tare uoluit: cum contra hodie ſeſe uere pijs in Chriſto luci-
dè exeruerit. Quamobrem lumen illud quo claritas illuceſ
ſcit diuina nō aliunde quam in Chriſti facie excitari debet.
2. Cor. 4. Cognitio ſiquidē dei omnis, quam ſine Chriſto
cōſequimur umbratilis eſt, uelutq; è manibus noſtris efflu
it. Cuius rei exemplū eſt apud Ciceronem Simonides, qui
interrogatus quid nam eſſet deus, poſt diutinam meditatio
nem inquiſitionemq; magis ac magis, quid de deo uel ſen
tiret uel reſponderet ignorabat. Atq; hic Iudæos etiā hodie
halluci

hallucinari cōſtat, quod plus nimio literæ mortuæ ac Arcæ fœderis, quę tamen obſoleuit, inhæreant. Nouum nunc eſt reſpiciendum ſymbolum, in quo deus ipſe exiſtit. Is enim cum nos æternæ iræ ac maledictioni obnoxios, non aliter quàm in Chriſto placatos uoluerit, meritò non iā Arcæ operculum, quod propiciatoriū priſcis appellatur, ſed eius loco Chriſtum omnis gratiæ certiſſimam ſedē colemus & amplectemur, ut in quo & cœleſtes illæ placidæq; benignitatis diuinæ uoces percipiantur, & certum per hunc ad patrē conſequamur acceſſum: de quibus Hieremias in hunc modum diſſerit. Non dicent ultra, arca teſtamenti domini, neq; aſcendet ſuper cor, neq; recordabuntur illius. In tempore illo uocabunt Hieruſalem ſolium domini. Eo in loco de cœleſti illo Hieruſalem, deq; Chriſti regno quod eſt liberum, quodq; Chriſtus in cordibus hominum electorum inhabitat, Propheta loquitur: atq; ex eo conſequitur per caput & membra, hoc eſt, Chriſtum hominesq; fideles, Deū patrē tantūmodo intelligi oportere, unde etiā in gētes diffuſa eſt gratia, q illa abſq; lege per Chriſti ſanguinē ſpiritusq; ſancti effectum cum Iudæis ex æquo participarunt. Hier. 3.

Concionem Chriſtianam, de Chriſto & ex Chriſto totam eſſe oportere. Cap. VI.

CVm autē uniuerſam ſapientiæ æternæ cognitionem per manifeſtas quaſdam actiones ac figuras percipi à nobis uoluerit dominus, eaſdemq; in Chriſto denotarit, qui perfecto in carne ſuo curſu, in cœlis bonitate ſua per ſpiritū ſanctum illuceſcit, cumq; conforme adeò ſit per omnia cū patre myſterium, ut ne cognoſci quidem ille niſi per filium poſſit, in primis fuerit neceſſarium, ut, quibus uerbi miniſterium, deiq; regnum annunciandi incumbit prouincia, Ie-

ſum Chriſtum in quo æternum illud dei eſt abſolutum cõſilium, deprędicent & inculcent, ut cuius cognitio rebus omnibus ſit præferenda: ne, uel tanquam legis doctores depręhendantur, aut prophanorum oratorum inſtar, rationis ſuæ momenta obtrudentes, reiiciantur.

Doctrinam Chriſtianam & uitam in morte reſurrectionéque Chriſti & inchoandam & finiendam. Caput VII.

NEc ſatis fuerit ſi concionatores, uerba hæc, Chriſtus Ieſus ſeruator noſter, identidẽ ingeminent aut inculcent: non enim in nudo uocum uerborumq; ſtrepitu, ſed in ui & potentia dei Euangelium regni cõſiſtit, quæ fidelium animos mutat innouatq;, & ex peccatoribus impuris, iuxtaq; carnem & ſanguinem affectis, filios dei & cœleſtes homines efficit. At hoc munus tam diuinũ, eamq; gratiam ut adipiſcamur in docendo à morte & reſurrectione Chriſti eſt ſumendũ initium, moxq; pœnitentia & peccatorum remiſſio annuncianda: quæ doctrinæ Chriſtianæ ſumma eſt & colophon. Hunc inſtituendi modum tradidit Chriſtus, hũc obſeruarunt Apoſtoli, ſuſceperunt ab illis electi, ſpirituſq; ſanctus confirmauit, nemoq; eſt mortalium, qui illum, quin certus ſit & indubitatus, inficiari queat. huc pertinet Lucę teſtimonium, ita ſcribentis. Tunc aperuit illorum mentem ut intelligerẽt ſcripturas & dixit eis. Sic ſcriptũ eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere tertio die à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remiſſionẽ peccatorũ in omnes gẽtes. hinc liquet pœnitẽtię remiſſioniſq; peccatorũ poſt reſurrectionem domini prima ſubnaſci ſemina, utpote quæ in illius, qui morti traditus denuò reſurrexit, nomine eſt annuncianda: cui rei & Apoſtolorum miſſio poſt reſurrectionem primum facta aſtipulatur. Proinde hiſce omnibus rite

Lucæ. 24.

bus rite perpenſis, Chriſtianarum concionum eò dirigatur inſtitutum, quò abiectis ſublatisq́ erroribus mores emendētur, pietasq́ uera promoueatur. Interim uero haudquaquã ignorandũ, per Chriſti reſurrectionē totũ eius uitę curſum, hoc eſt aſcenſionem ad cœlos, ſpiritusq́ ſancti communicationem, unà cum reliquis, quas credentium mentes percipiunt actionibus, intelligi oportere. Sunt autem & Petri accuratè obſeruandæ perſcrutandæq́ conciones, quæ eandem ſalutis per Chriſtum annunciandæ præferunt ſeriem. Act. 2. 4. 11. 17. 20. Vbiq́ enim per Chriſti mortem & reſurrectionem pœnitentiã urgent, noxæq́ contractæ (quæ ſumma noſtri eſt Euangelij) indicant abolitionem. Cuiuſmodi doctrinæ forma & à nobis quoq́ expendi debet ſtudioſiſſimè, quò eodem, quo ipſi, utamur initio, æqualiq́ progreſſu & incremento in Chriſto proficiamus. Occlamant autē hic nonnulli, in hunc modum.

Si à morte Domini & reſurrectione ordiendum eſt, finiendũq́ negocium, quid ꝓdeſt natiuitatis illa totiusq́ uitæ Chriſti apud Euangeliſtas deſcriptio? Reſponſio.

Natiuitas uitaq́ Chriſti uniuerſa ad mortem eius eſt quædam præparatio, ita ut diſpēſatio uitaq́ eius præſens & corporalis ad ſalutem noſtram perpetuò tendat. In hoc enim cum à patre ſit in mundũ demiſſus filius, omnia proculdubio, quum dicta tum facta eò inſtituit & direxit, quo legatione commiſſa rectiſſimè fungeretur: atq́ ea niſi præſtitiſſet, patri ſuo (quod uel cogitare uel ſuſpicari fuerit impijſſimũ) imorigerus uideri poſſet. Spiritus ergo q in nobis eſt, in omni doctrina, ſolum gloriæ Chriſti, crucisq́ uerbum requirit. Opera autem & miracula ita reſpicit & obſeruat, ut in ijs omnibus internum gratiæ profectum, arcanamq́ quandam in cordibus noſtris actionem intelligat. Siquidem eos qui ob criminum ſuorum multitudinem cæci & ſurdi fue-

rant, ad uiuam iam dei uocem oculis auribusq́ percipiendam idoneos reddit: claudos autem ita agiles & expeditos heroas efficit, ut uiam domini omnibus ſuperatis difficultatibus currant inoffenſè: lepram flagitiorum per gratiam ſalutarem tollit, mortuumq́ reſurrectionis ſpiritu ſuſcitat, uitæq́ reſtituit nō perituræ. Ita fides, ſigna prodigiaq́ Chriſti, ſenſibus quidem percipit, ſed multò magis & ſuſpicit & admiratur, eas quæ in ſpiritu ſancto peraguntur actiones, rationemq́ omnem humanam longiſſimo ſuperant interuallo. Cęterùm facta illa in ſpiritu ſancto natiuitas, nihil denotat aliud, quàm nos in filios dei creari: ſi præter eam quæ ex carne & ſanguine prouenit natiuitatem, per eundem à Chriſto nobis cōceſſum ſpiritū, noui cœleſtesq́ homines efficiamur. Quamobrē & natiuitatem & reliquā Chriſti uitam, haudquaquam præter rem Euangeliſtæ deſcribunt, quando ea ad liberationem noſtri deſeruit, mortificatioq́ carnis ac ea quæ iuxta ſpiritum fit reſurrectio, in illa maniſeſtiſſimè declaratur.

Quo pacto ex Chriſto peccata noſtra ſint intelligenda. Caput VIII.

DIuus Paulus in hoc deum ſuam erga nos charitatem potiſſimum cōmendare teſtať: quod, cum peccatores, hoſtesq́ eius eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus fuerit. Ro. 5. Vnde ſequiť abominabile odioſumq́ nobis fieri peccatum, cogitantibus ſcilicet dei filium mortis afficiendum ſupplicio, inq́ cruce immolandum crudeliter quo & delicta noſtra toleret & amiſſam parentis noſtri culpa ſalutem nobis inueniret & repararet; quod ipſum ſatis indicat quantum noxæ, quantumq́ maledictionis in natura reſideat humana, quod ea niſi per ſacri ſanguinis effuſionem, hoſtiáq́

tam pre-

tam precioſam,nec mundari, nec à ſceleribus expiari potu rit,nullo alio præſidio,uel ſpe ulla reliqua. Ergo cũ deũ, & creatorem & ſeruatorem noſtri eſſe agnoſcamus omnes, meritò nos illi dedere & conſecrare totos conueniebat: in quo tamen noſtra, qua duce uehimur, natura repugnat, utpote quæ creaturas potius,quam earum conditorem reſpiciat,ſeq́ʒ ipſam ita tenere amet, ita colat & admiretur,ut idolum plane ſe, cui honores etiam diuinos attribuere nõ dubitet,conſtituat. Hinc eſt,cur noſtri neglectum,contemptumq́ʒ tam ægrè & iniquè feramus omnes.

In Chriſto abſq́ʒ lege cognitionem peccati eſſe quærendam, Caput IX.

QVemadmodum Iudęi uix tandem maximaq́ʒ cum difficultate peccata ſua ex lege potuerũt cognoſcere, ita ꝑ mortẽ Chriſti ingnatam noſtram & deploratam naturam nullo negocio Apoſtoli depræhenderunt. Quare gentibus ſimpliciter delicta ſua primũ,mox reconciliationẽ per Chriſtũ cõmonſtrarũt,nullo ex ijs ad Moyſem remiſſo. Nã ſi ex lege peccati doceat̃ cognitio, frigida ea res eſt, uiq́ʒ omni carens. Apoſtolis igit̃ cum tantũ ſit deſudatũ,qui à Moyſe abductis Iudæis, Chriſto eos adiungerent, quæ ſit inſania noſtrã plebẽ à Chriſto auulſam ad legis adſtringere ſeruitutẽ?

Quamobrem Paulus tam multa de lege inter gentes egerit. Caput X.

CAeterùm ubi Pſeudoapoſtoli apud nõnullos propius ſeſe ingeſſiſſent, præterq́ʒ Chriſtum legem,tanquam neceſſariam docerent: quas nã ad res prodeſſet cum ſuo miniſterio Moyſes, quatenusq́ʒ religioni Chriſtianę ſubſeruiret,ut

ro Apoſtolo explicandum fuit: quę ſanè cura apud Gentes fuiſſet ſuperuacua, ut qui ſimpliciter credentes, peccatorũ remiſſionem ſperabant in Chriſto, cui per omnia adhærebànt & obtemperabant. Quicunq; enim in Chriſtum credit, habet uitam æternam: adeò ut fidelis homo pædagogo legitimo non habeat opus, eò quod filiorum libertatem iam ſit conſecutus.

Iudæos ſub lege, quemadmodũ Gentes abſq; lege, ad fidem perueniſſe. Caput XI.

Eccleſia uerò Iudæorum ex libertate Chriſtiana unà cũ Chriſto legẽ obſeruauit maximo zelo, nihil interim tñ decreſcẽte in ſeruatorẽ fiducia: atq; eò etiã Malachias ubi Chriſti regnum deſcribit, confirmantibus idipſum cæteris quoq; Prophætis, dei illos perſona hortatur. Mementote (inquit) legis Moyſi ſerui mei quam præcepi in monte Horeb, mandatorũ & iudicij. Sedenim quamobrẽ, aut quã diu legis illos, per os Prophetæ memores eſſe iubet? Eam ob cauſam, & tam diu nimirum, dum legis uim & potentiam cognoſcerent, hoc eſt, ut maiore deſiderio ardoreq; erga domini aduentum accenderentur, tantiſper dum Helias pœnitentiæ doctor, Domini uiam apud deſperabundum peccatorẽ dirigeret atq; pararet. Tum enim finem ſortitur Moyſi illa lex, nec minus tamen, nõ uelut ex imperio, ſed libere & exprompta animi hilaritate obſeruatur: quum quod per eius uſum, pie quendam uiuendi habitum pleriq; ſunt conſecuti, tum quod operum legis externorum dum imaginationẽ oculis animoq; uerſant, interni illi cœleſteſq; ueræ pietatis theſauri magis magiſq; in ipſis concitantur. Quamobrem Paulus nec contemptũ, nec tranſgreſſionẽ legis ullam docet, ſed & ipſe purificationẽ Hyeroſolimis, iuxta præſcriptũ Moyſi ſuſcipit: idq; alios reſpiciẽs Apoſtolos, quo non con

temnere

temnere legē,ſed & ipſe utilem eſſe & ſalutarem agnoſcere uidereť. E diuerſo autē & Hieroſolymis in ea quę erat Apoſtolorum ex Iudæis cōflata eccleſia,nec ſubdere legi quenquam nec obſtringere uolebat,quamuis mordicus eam illi tuerenť. Act. ca. 21. Nam Iudæis quidem credentibus, qui rectè ea legitimeꝙ utuntur, confert, obueterem conſuetudinē non parum, quū ad Chriſti erga ſe clementiam intelligendam, tum ad peccatorū molem exactius perpēdendā. Verùm imperitis Ethnicis ante uel poſt Chriſtū inculcata falſam quandam in opera ſua, tanꝙ in dei filio non omnia ſita eſſent, fiduciā peperit. Atꝙ eadē tamen illa legis opera Iudęi credentes,uel ob myſticas abūbrationes non eſſe infrugifera,ſatis uſu ipſo compererāt: nec timebāt,dū ea quā firmiter conceperāt gratia, eos non deſtitueret, ut ad fluxa denuò moxꝙ interitura huius mundi elemēta delaberenť.

Diſcrimen concionatoris,qui inter Ethnicos & eius qui inter Iudæos Chriſtum annunciant Cap. XII.

DIffert igitur munus Apoſtolicū inter gentes obeundū,qđ Paulo eſt demandatū, ab eo quod eſt inter Iudæos exequendū,quo funct⁹ eſt Petrus. Hoc em̄ præter detrimentū, legem acriter tueť, act.21.Illud nec legē curat, nec Moyſen reſpicit ullo pacto, niſi quatenus ad doctrinā,uitæꝙ emendationē cōfert.&c. Nos autē qui ex gentibus prouenimus, cum illis etiam,nō cum Iudæis de fidei agentes negocio, abſque lege purè & caſtè annunciare Chriſti gratiam conuenit: non autē iuxta morē eccleſię Hieroſolimitanę in lege occupari. Siquidē ſatisfactio noſtra Chriſtus, ꝗd eſt igiť quod ultra requiram⁹?

Vnde nam Pſeudoapoſtoli. Cap. XIII.

HInc eſt quod pſeudoapoſtoli Petri eccleſiā quæ magno zelo legē cōplectebať,prętendētes,ab ea ſe in mandatis hēre iactabāt,ſed falſò,ut gētes à Chriſto

ſeductas, ad Moyſi obſeruationē pertraherēt, cuiuſmodi tamen nihil ea quę Hyeroſolimis erat eccleſia uel inſtituebat uel moliebatur, nec Paulus etiam fieri ullo modo admittebat: ut qui in hoc eſſet totus, qui ad conſtantiā eas fidei nō ſimulatę cohortatione ſua q̄ euidentiſſimè alliceret. Ad qđ efficiendum ut uires & uſum legis, Moyſiq́ꝫ miniſterium explicaret, res ipſa poſcebat: non quidem ut per legem eòs qui fide iam in Chriſto ſolida præditi eſſent, ad penitiorem ſcelerum ſuorum, à quibus iam repurgati erant, cognitionem induceret (nam per Chriſtum quicquid eſt flagitiorū apertius intelligitur) ſed eò illa pertinuit diſputatio, ut de lege conceptam perſuaſionem tanquam rem periculoſiſſimā aboleret, eoſq́ꝫ in Chriſtum conſolidaret integrè, qui ſpiritum legis uitæ abſq́ꝫ ſcripta lege affatim elargitur: id quod permanet, duratq́ꝫ in perpetuum.

Quamobrem & eadem nobis quoque doctrinæ forma qua uſi inter Gentes ſunt Apoſtoli, erit capeſſenda: hi enim abſq́ꝫ lege in Chriſto peccata cōmonſtrarunt, remiſſionēq́ꝫ eorundem & gratiam ex ipſo, & per ipſum annunciarunt.

Cæterum ſi locus incidat ſcripturæ, qui eiuſmodi pſeudoapoſtolos & eos qui legem inculcant, impugnet: ſanè eū dilucideq́ꝫ inter docēdum interpretari, Chriſtūq́ꝫ nihilominus abſq́ꝫ lege oſtendere & docere oportebit: ita & ueræ in Chriſto ædificationi cōſuletur, & præuenient̄ errores imponentes ſimplicibus, qui perfacilè, ſcripturę falſò intellectui ſe implicant, moxq́ꝫ eū præter rationē propugnare nitunt̄.

De reſipiſcentia & remiſſione peccatorum & curſu gratiæ. Caput. XIIII.

QVando igit̄ ex morte Chriſti receptuq́ꝫ eius in gloriam patris, peccatū nobis innotuit, oboritur indubitato quoq́ꝫ pœnitentia, hoc eſt, uerus quidam & altiſſimus

tiſſimus ob admiſſa dolor, noſtriq; faſtidiū & diſplicentia, quæ coniunctam tamen firmam de criminum remiſſione fiduciam habet, quando ad ea cōdonanda ſolum filius dei ad crucis ſupplicium à patre eſt demiſſus, quo per ipſius mortem nos uitæ cœleſtiumq; bonorum fruitioni reſtitueret. Vbi in hunc modū filium clementiſſimus pater, hominum conſcientijs patefactum offert, inconcuſſa ſtatim de tanta, tamq; ſtupēda dei erga nos benignitate certitudo cōcipit. Atq; hæc unica illa p quā ſumus iuſtificandi fides eſt.

Per mortem ille in cœlos penetrauit, ubi nihil uel ſordidum, uel immundum eſſe poteſt.

Hic eſt Chriſti curſus, hic eſt gratiæ per ſpiritum ſanctū in nos ſuperuenientis effectus, ut per mortem, reſurrectionem, aſcenſumq; Chriſti ad patrē, ex delicto iam cognito damnataq; natura, ad diuinæ beneuolētiæ munus in Chriſto percipiendum, idoneos nos exhibere, illiq; nos totos cōmittere addiſcamus. Ita per eiuſmodi iam partā in Chriſto ſecuritatem, gratiam eam adipiſcimur, qua contra deum cōmiſſa abolent flagitia, ut nihil porro eorū in pœnā nobis ſit imputandum: atq; eius rei teſtimonio deprehendimus noxam abſconditam, latentemq; in pectoribus hominū maledictionem, conſumi quotidie, uelutq; argentū igne, à peccati ſpuma ſordibusq; repurgari. Duas enim res in nobis potiſſimum agit ſpiritus: alteram, ut nos innouet, atq; ad ueræ pietatis fructus adducat; alteram, ut nos iuxta ſpem efficiat hæredes uitæ ſempiternæ: id quod tum fit, cū in fidei perdurantes certamine, carnē mortificamus, diuinaq; iam & cœleſtia ſapimus.

De pœnitentia & remiſſione peccatorum, hic atq; eiuſmodi complures ſcripturarū loci ſunt conſiderandi. Quapropter omiſſo qui in Chriſto rudes inchoat ſermone, ad perfectionem feramur, non rurſum fundamentum iacien- Ebre. 6.

tes pœnitentiæ & fidei in deum.

Pœnitentia in Chriſto reperta, ſolidæ pietatis fundamentum eſt. Cap. XV.

VEræ pietatis fundamentũ eſt pœnitentia, quæ, ut dictum, in Chriſto uno quęri debet. Quare Chriſti prædicatio pœnitentiã docet, quia inſtet regnum cælorum, ac ſi doceret pœnitentiæ cauſam eſſe oportere, deſiderium regni cœlorum per Chriſtum percipiendi. Cuius uoti tum demum reddemur compotes, cum ſpiritus nos ſanctus Chriſti ſanguine aſperſos abluit, puroſq; & ſanctos homines efficit. Ad pœnitentiam hortatur Ioannes eos qui iram dei imminentem effugere ac euitare cuperent. Quamobrẽ illius & nobis quoq; ueſtigijs eſt inſiſtẽdum, id quod & Apoſtoli fecerunt ſtudioſiſſimè, ueluti ſequentes loci declarant.

Poſteaquam Petrus in ſua concione Chriſtum à deo eſſe à mortuis excitatum probaſſet, in hunc modum Iudæis eſt locutus.

Dextera igitur dei exaltatus & promiſſione ſpiritus ſancti accepta à patre, effudit hoc quod nunc uidetis & auditis & cætera.

Certò ſciat ergo tota domus Iſrael, quod dominum & Chriſtum fecerit deus, hunc Ieſum quem uos crucifixiſtis. Interrogantibus autẽ quid agendũ ergo foret, Reſpondit.

Delictorum pœnitentiã agite, & baptiſetur unuſquiſq; ueſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorũ & accipietis donum ſpiritus ſancti. Act. 2.

Rurſus alio in loco idem adducens inquit.

Deus patrum noſtrorum ſuſcitauit Ieſum quem uos intereminiſtis ſuſpendentes de ligno. Hunc principem & ſeruatorẽ exaltauit dextera ſua, ad dandam pœnitentiam Iſraeli & remiſſionem peccatorum, atque nos ſumus ei teſtes

eorum quæ dicimus, inſuper autem & ſpiritus ſanctus & cætera, Act.5.

Quæ ſuccincta eſt & perfecta concio, totum dei negocium in Chriſto abſolutum complectens.

De myſterio quod iam olim à principio latuit, Chriſtum eſſe gentibus abſq; lege prædicandũ, & de eadem re loci ſcripturarum quidam. Caput XVI.

DEdit igitur deus & gentibus pœnitentiam ad uitam. act.11. In quibus myſterij, quod à retroactis temporibus latuit, magnificentia, hoc eſt, Chriſti intra gentes eſt patefactũ. Ergo ſi cui docendi inter gentes eſt iniunctũ munus, isq; per legem & peccata arguere & pœnitentiam excitare nitatur, præcipuum potentiæ Chriſti obſcurat myſterium, eo quod ſpiritus ſanctus ut Iudæis ſub lege, ita gentibus abſq; lege tribuat. Quod altiſſima cogitatione eſt perpendendũ.

Paulus apud Theſſalonicam in Iudæorum Synagoga diſſerebat è ſcripturis per tria ſabata & aperiens & allegãs, quod Chriſtum oportuiſſet pati & reſurgere à mortuis, & quod hic eſſet Chriſtus Ieſus, quem ego, inquit, annuncio uobis.

Acto.17.

Rurſus Athenis in hunc modum loquitur. Et tempora quidem huius ignorantiæ quum hactenus diſſimularit, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubiq; reſipiſcant, eo quod ſtatuit diem in quo iudicaturus eſt orbem terrarum, cum iuſtitia per eum uirũ, per quem decreuerat, fide præſtita omnibus, cum excitarit illum è mortuis.

Hoc eſt, regnum cœlorum inſtat;

Docui uos & cætera, teſtificans Iudæis ſimul & Græcis eam quæ erga deum eſt pœnitentiam ac fidem, quæ eſt erga dominum noſtrum Ieſum, act.20.

Chriſtianam pœnitentiam etiam ex Prophetis doceri poſſe. Cap. XVII.

ITaq; ſi loci de pœnitentia in ueteri teſtamento nobis occurrant, non aliter hi, quàm ex Chriſti ſenſu uel accipi, uel tractari debẽt, ut in quẽ unum omnia Prophetarum oracula tendant. exemplum ſit hic Hieremiæ locus.

Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo quod locutus ſum aduerſus eam. &c.

Hier. 18. Hæc atq; eiuſmodi puris Chriſtianisq; auribus ſunt accipienda & conſideranda, quo pœnitentiam in uno Chriſto quæri & inueniri poſſe intelligamus: ne quis præter ſpiritus diuini afflatum, pœnitentiæ aliquem zelum ex ſeipſo nitatur confingere, eamq; ob cauſam proximè ſe ad deum acceſſiſſe falsò perſuadeat.

Creſcere in Chriſti cognitione oportere, & ſuam unicuiq; fidem exploratam eſſe. Cap. XVIII.

DOctrina porro hęc inter eccleſias, magis magisq; progredi & accreſcere debet, qui ex diligẽti fidei ſuæ examine & incremento, ſuam per Chriſtum factam uocationem, certius quotidie explorent. In Chriſti enim ſenſu qui nõ proficit, aut deficere ſe, aut uiam domini nunq; rectè ingreſſum eſſe ſciat: huc pertinent Pauli parænefes, quæ ſtudioſè Parrochis ſunt exercendæ.

Porro electio & gratia in q̃bus omnia ſita ſunt, non quidem deficiunt unquam, doceri tamen plebem oportet, ut altiſſima cura ſecum perpendat, & examinet, num electio hæc & benigna dei uoluntas in rectè uiuendi exemplum apud unumquenq; eruperit, hoc eſt, ut quiſq; quantum à deo muneris acceperit, quantum ue cognitionis adhuc diuinæ deſit probè intelligat. Quæ omnia cordium quædam

ſunt in-

ſunt innouatio, inæternumq́ illum & cœleſtem hominem ab omni peccato, quatenus ex deo eſt natus, immunẽ, nec iuxta carnem, & ſanguinem amplius affectum, conſtituit. Siquidem fides euidens eſt animi certitudo, atq; hic, quod in prophanis negocijs ſolet, probabilibus nihil efficitur. Hactenus de doctrina chriſtiana, quæ in Chriſti morte ac reſurrectione eſt auſpicanda.

In morte Chriſti, peccati cognitio, ueraq́ pœnitentia diſcit. Remiſſio autem criminũ in eiuſdem exaltatione, quæ per fidem, Chriſtiq́ ſpiritũ diuino ſemine animos electorũ grauidos reddit, cœleſtesq́ homines æternitati progignit: hoc eſt, qui relictis peccatis, ad iuſticiã pietatẽq́ exercendã toto pectore incumbant, amoris ſimul, erga deũ qui ſint in ſe fomites excitati, per fidem animaduertentes. atq; hæc doctrina in omnibus cõcionibus ſtudioſiſſimè eſt obſeruãda.

Tantum de uera & ſana doctrina, nunc nonnulla etiam de ſacramentis adhuc adducemus.

De ſacramentis & baptiſmate, in genere. Cap. XIX.

DE ſacramentis autẽ ſic ſtatuimus, ut nihil nec prius, nec antiquius charitate, quantum id per nos ſtat, habendũ cenſeamus: neq; cum quoq; in certamen deſcendendum ſacramentorum præſertim gratia, quantiſper myſteriũ Chriſti nobis relinquitur intactum, etiamſi tam clarum lucidumq́, quàm oportebat, non relinquatur: ne per contentionem, ut fit, totum amittamus.

Ad perfectionem nanq; ſacramenta, non ad ſenſuũ carnalium argutiã excitandam pertinent. Verùm ſi quis perceptam ſemel, & quodammodo indutam perſuaſionem, aduerſum nos omnino tueri pergat, cedendum eſſe arbitramur, ſermonemq́ ad certas actiones, quas in nobis perficit

ſpiritus, deriuandum, pro uniuscuiuſq; gratia quolibet uel loco uel tempore conceſſa: puta, de fide eiusq; uirtute, aut de bona conſcientia, in quo, & quam diu ea cõſiſtat, quãobrem, aut quo pacto excidat, præterea de perpetuitate, ex interiore gratiæ curſu & incremenro proueniente, & alias eius generis diſputationes inferre: tantum ut odioſas illas conflictationes, quibus alter alterum irretire, inq; ſuam pertrahere ſententiam nititur, caueamus; alioquin plurimũ & malorum & abominationum, ſubnaſcetur, & erroribus feneſtra latiſſima aperietur. Videtur autem de ſacramentis tutiſſimò in hunc modum dici poſſe.

Primùm, ea non templorum eſſe ritus, aut eas ceremonias quas hũkim Hebræi appellant. Nam umbræ tantum & figuræ fuerunt, Chriſti mox aduenturi, qui nunc & præſens apud nos eſt, & in perpetuum permanet: ſed myſteria dei uel eccleſiarum eſſe, per quæ, uelut externis quibuſdam indicijs Chriſtus offertur, qui ſpiritu ſancto animos noſtros ab internis implet ac communit. Dominum ergo orabimus, quo externam illam ſacramentorum tractationem, in diuinæ contemplationis habitum tranſmutet, hoc eſt, ut magnũ illud myſterium, quo deus in carne denotatur, in nobis ita uiuat & adoleſcat, quemadmodum per externa ſacramenta inſinuatur. Deinde uero de ſacramentis ĳs eſt uerbis agendum, quæ & cuiq; ſint tempori accommoda & ad noſtri deſeruiant emendationem: neque omnino quiſquam contentionibus eſt exagitandus. Atque hic conſideretur quod Paulus ad Romanos ſcribens iam baptiſatos, monet hoc pacto. tanquam in die compoſitè ambulemus, non commeſſationibus & ebrietatibus & cætera: ſed induamini dominum Ieſum Chriſtum & carnis curam ne agatis ad concupiſcentiam. E diuerſo Galatis ſcribit in hũc modum. At poſtquã uenit fides, non amplius ſub pædagogo ſumus

Rom. 13. Gal. 3.

go ſumus

go ſumus. Omnes enim filij dei eſtis, eo quod credidiſtis Chriſto Ieſu. Nam quicunque baptiſati eſtis, Chriſtum induiſtis. Quid hic legitur? Num ſui oblitus ſpiritus ſanctus ſibi ipſi repugnat? Romanos enim ueluti præcibus, ad induendum Chriſtum hortatur: apud Galatas autem immutato ſermone baptiſatos omnes Chriſtum iam eſſe indutos affirmat. Ex quibus manifeſtè diſcimus, non tam ad uerba ipſa, ſermonisq́ proprietatem, quàm ad ſenſum eſſe reſpiciendum, pro cuius uarietate dicēdi forma eadem uel immutari uel adſeruari poteſt. Quapropter λογομάχοι quos uocat Paulus, tantò ſunt fugiendi magis, quantò altioribus contentionem ſuam myſterijs infarciunt: cum Paulo itaque dicemus.

Induite nouum hominem. Induite arma dei. Induite Ephe. 4.
arma lucis. Induite uos ſicut electi dei. Item induite uirtu- Ephe. 6.
tem ex alto. Rom. 13.

Aliaq́ eiuſmodi multa, quæ accommodari eò poſſunt, Coloſ. 3.
ubi uel noſtram plębem labi potiſſimum animaduertimus uel dum ad progrediendum eã in pietatis ſtudio cohortamur. Etenim ſi rectè, quantũ bonorum, quantumq́ fælicitatis adepti ſimus, omnes qui per baptiſma Chriſti in ſpiritu ſancto baptiſati ueri credimus, ſedula mentis agitatione expendamus, ſine dubitatione & Chriſtum nos iam eſſe indutos poſſumus affirmare, & ad intimius induendm dominum nos mutuò cohortari. Cito nanq; ex diuinæ erga nos beneuolentiæ conſideratione, noſtrã deprehendemus imbecillitatem, ne forte nimio carnis ſtudio inſoleſcamus.

Perdidit autem hoc unum & euertit eccleſiam ſemper, quod plerique nouis ſtuduerint dogmatis, pauciſſimique fuerint, qui ſpiritum ſanctum, qui unus rectè animos imbuit, audirent doctorem. Simplicitatem ergo nos Chriſti ueluti ſupra eam deſcripſimus, conſtanter amplectemur,

& intercedente dei auxilio, omnibus ad pietatēq́ promouendam medijs, cuiuſmodi baptiſma eſt & domini cœna, citra curioſitatem utemur. Siquidem in omnibus per fidem in unum Ieſum Chriſtum reſpicimus, aut ſaltem reſpiciendum eſſe conſtat: dominus ſuam largiatur nobis gratiam, quo ritè uoluntatem eius ubiq́ exequamur.

De baptiſmo ſeorſim. Cap. XX.

Eccleſia dei ea eſt, quam Chriſtus inhabitat, quāq́ iuxta hominem internum fouet ac tuet, cuius ſacramenta ſigna quidem ſunt, ſed eiuſmodi quæ latentem dei uim & potentiam cō plectantur. Quemadmodum in ſacro baptiſmate, ubi miniſter quidem aqua, ſed unà cum illo etiā Chriſtus in ſpiritu ſancto ex æquo baptiſat. Cæterùm in eo qđ noſtros tingimus infantes, eccleſiæ eos dei inſcribimus, certò ſperantes dominum ſuum quoq́ apud illos effecturum opus, inq́ ſpiritu ſancto baptiſaturū: atq́ hunc pędobaptiſmum pro uero ſacramento agnoſcimus. Fides enim noſtra nullo uel loco uel tempori, uel externis omnino ullis alligatur: in hoc tamen baptiſmo, credenti homini, qui ueræ illi & ſpirituali eccleſiæ accenſetur, myſteriorum dei refricatur memoria. Quare nequaquā ille inter inanes ceremonias, ſed inter eccleſię ſacramenta magnaq́ dei myſteria eſt adnumerandus. Quum enim Chriſti nomine gloriemur omnes, non illum per figuras aut umbras explicare contendimus, ſed per ſacramenta fidem noſtram teſtamur & renouamus. cuiuſmodi licet à puero nihil dum præſtari queat, apud nos tamen qui actioni adſtamus, momenti aliquid habet: ut qui diuini negocij imaginem, non quatenus id corā deo perpetuitate ſua conſiſtat, ſed, in nobis quantū & apud nos ꝓficiat exprimim⁹. Baptiſmus cū Chriſto nos ſepelit,

rurſusq́

rurſusq́ iam mortuos exuſcitat cum eodem. Hoc uero interim Chriſtianæ libertati conceditur, ut eum nobis baptiſare liceat, quē ad eiuſmodi mortificationis ſtudiū informandum ſperamus. Atq́ ea una & præcipua noſtrum omniū cura ſit, ne præter myſterū, quantū in nobis eſt, ſacramenta adminiſtremus. Siquidē myſterij reconditi indicia apd' nos pmanere, nec inſtar cęterorū rituū exerceri debēt.

De Baptiſmi tractatione. Cap. XXI.

QVamobrem hortamur, ut quiſq́ ex miniſtris aſſuefaciat ſuos, ut infantes diebus dominicis præſente cætera etiam plębe, baptiſandos in tēplum perferant. nam cum id eccleſiæ, quæ ex populo Chriſtiano coaleſcit ſacramentum ſit, nō etiam niſi ea præſente tractari debet: adeoq́ ſi abſit illa, non iam eccleſiæ eſt ſacramentum, ſed tanquam cōmune puerorum balneum. Eodem pacto ſi infans à male religioſa obſtetrice à partu ſtatim in ędibus baptiſetur, quibuſcunque id fiat præſentibus, pro baptiſmo nequaquam haberi debet: nam & id citra eccleſiæ iuſſum facit, & uana ſimul cō iuncta ſuperſtitio eſt, qua certò perſuadetur, niſi ab externo tinctus eſſet puer, deſperandam eius fuiſſe ſalutē. Quamobrem alibi ſuos infantes qui imbecilles ſunt; & intra ſpacium unius menſis aut duorum morituri uidentur, non tingunt homines Chriſtiani. Baptiſmo enim egent pueri, non tam ſui quam eccleſiæ cauſa, quæ nihil dum niſi iuxta futuræ pietatis ſalutisq́ ſpem cum illis agit.

Atq́ ut æqualitatis ubiq́ habeatur ratio, uolumus non extra templum, uel medio templi, ſed apud baptiſteriū locumq́ conſuetum baptiſari infantes; nec totos, ſed capite tantum, reliqua corporis parte inuoluta manente: morbos enim parit, ſi tenera adhuc & rubicunda à partu caruncula,

necꝙ dum aëris aſſueta, uel frigida aqua perfundatur, uel uẽto aſperiore afflet ur.

Nec turbet hac in re quenꝙ quod à ueteribus nonnullis dictum eſt, propter myſterij ſignificationem infantẽ totũ ſub aquam mergi deberi: humana enim ea eſt & inanis cogitatio. Nã ſi tanta ſuperſtitione ſigna illa & externa ſymbola tractanda eſſent, quadraginta aquæ menſuris, ijſdemꝙ nõ hauſtis, quę in libris Talmuticis Saytha, uel Sayn appellantur, opus foret. Sed & propter dilucidiorem explicationem ex Propheta Eſaia, etiã uiuas & fluentes aquas exigi oporteret. Siquidem aquæ internæ uiuæ ſunt, ſemperꝙ ſcaturiunt in uitam æternam. Sed quo tum euadet noſtra libertas? quantũ negocij faceſſerent nobis externa? imò quantũ ab æternarũ rerũ quæ in fide fiunt contemplatione impediremur? Quare fratres & cooperarij in euangelio dei chariſſimi, in uerbi diuini annunciationẽ, quod præcipuũ noſtrũ munus eſt, omni ſtudio incumbamus, nihil hominũ contẽtioſorum morati nænias, qui pio quidẽ affectu opinionẽ ſuam tuent, ſed ſimplices tamen animos ob ſacramentorum uſum in fraudẽ illiciunt, falſamꝙ ſuperſtitionẽ inducunt.

Parem ergo ubiꝙ baptiſandi rationem omni cura tenendam eſſe ducimus: nec ferendos qui dicunt, liber ſum, pro meo arbitrio meos tingam, nihil curans cæteros. Abſint uoces tam impiæ, chariſſimi fratres. Quanꝙ enim Chriſtianus homo liber ſit, idẽ tamen omnibus ſeſe accõmodare, neminemꝙ offendere ſtudet. Liberi ſumus omnes; ſed miniſtri iuſticiæ, omniũ per Chriſtũ nos ſeruituti ſubijciẽtes. Cuius autẽ ſit charitatis æqualẽ cum tanta urbis ac ditionis multitudine externarũ rerũ communionem auerſari? Verùm neminem tam præfractum aut pertinacem fore ſperamus, qui nullo aliorum habito reſpectu, tam contumaciter priuatam opinionem uel inducere, uel tueri nitatur.

Quoniam

Quoniam autē baptiſmus Eccleſiæ ſanctū̃ eſt ſacramentum, uolumus illū̃ inter nos ſummo ſtudio & grauitate tractari, locumq́ ex ſcripturis ad id deſeruientē exponi, adiuncta eius baptiſmi explicatione, qui in ſpiritu ſancto peragitē, cuius innouatione filios dei in uitā æternā progignit. Poſthæc preces ad deum fundantur, addita rurſus adhortatione pia, quo auditores ſuum in oculis gerant baptiſmum, ac per mortificationem carnis, eam, quæ per ſpiritum fit reſurrectionem, inſeipſis magis magiſq́ abſoluant: id quod tum fiet, ſi baptiſmus nō leuiter aut negligenter uelut olim in Papiſmo fiebat ſed ſtudioſè grauiterq́ exerceatur. Nam, ut ſæpe dictum, non hic ritus externus, ſed altiſſimum myſteriorum dei eſt ſacramentum.

De cæna domini. Caput XXII.

IN cæna domini eadē quæ de cęteris ſacramentis & baptiſmo memorauimus in genere, ſunt conſideranda, eo qđ totius in ſe Chriſtianiſmi negocium complectatur. In fractione nanque panis non ritus modo externus, ſed myſterij etiam ineſt ſacramentum, quo Ieſu Chriſti pro nobis mortui corpus & ſanguis offertur. & cætera: atque hoc corpus hicq́ ſanguis, ita nos interiore cibo potuq́ in ſpiritu paſcit & rigat, quemadmodum per os corpus pane uinóque ſaciatur. Ac in hunc modum fides ſurſum ad internarum rerum contemplationem conuertitur, duaſq́ in ſe comprehendit actiones ſcilicet panis fractionem externam, & animarum cibationem internam. Quare ſanguis & corpus domini in cæna quidem ſunt, ſed nec ſubſtantiale corpus in pane, nec corporalis ſanguis in uino, ueluti priſtini confidenter aſſerebant errores exiſtit, ex quo ſequitur reconci-

liationis cõmunioniſq; hoc eſſe ſacramentũ, quando hoc nobis corpus offert, cuius membra nos ſumus, ut q ex carne & oſſibus eius prouenimus, iuxta hunc Pauli locum.

Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Chriſti eſt: quoniam unus panis, unũ corpus multi ſumus. Hinc facile patet, quid dijudicare ſit corpus domini: nempe hoc ipſum quo alimur, & per quod communicationem habemus. Quiſquis igitur non ſuam apud ſe imbecillitatẽ ꝓbarit, præq; cæteris ſeipſum inflatus extollat, nõ hic Chriſti corpus dijudicat, eoq; participatione ea caret: quoniam & ſui ipſius nititur uiribus, hancq; manducationem inſtar cibi communis, præter myſterium & ſine Chriſto uſurpat, eoq; ad iudicium ſibi manducat & bibit. Chriſtus nanque cum carnem peccatorum in nobis concitatricem, per ſpiritum ſuũ corripiat, nullum dũ eius rei ſenſum in animo ſuo percepit: id quod certum eſt indicium, dominum cum illo tanquam infideli nondum cohabitare.

Quod uero ad uſum cænæ attinet, uiſum eſt ut panibus non fermentatis (quas hoſtias uocant) utamur, qui ſi haberi parui non queant, maiores in particulas cõciſas diſtribuemus. interim etiam plæbs doceatur, manibus quoque panem & calicem ab ipſis accipi citra piaculum poſſe, idq; uideri commodius, quam ſi in os à uerbi miniſtro illa ſint inſerenda. Sin autem quis ab horum, tanquam rerum ſacrarum contrectatione abhorreat, huic ipſi panẽ calicemq; donec rem ſanius intelligat, porrigemus.

Solemus autem ter in anno cænam domini celebrare, nempe in Paſcatis, Penthecoſtes, & natalis domini feſtis. quo non ad tempus quicquã alligamus, uelut in Papiſmo fiebat, ubi ſingulo paſcatis feſto, communicare cęnæ domini, indicta detrectantibus piaculi pœna, omnes adigebant. Nullius enim in hiſce conſcientiam grauare ſtatuimus. Interim

terim tamen quid pietatis charitatiſq; habeāt ij, qui à communi ſeipſos eccleſiæ uſu reddunt alienos, non eſt difficile deprehendere.

Cænam porro ut dictum, grauiter ſtudioſeq; peragi uolumus, præſertim cum totius in ſe Chriſtianiſmi negocium contineat. Quare myſterium explicetur, cum prælectione ſcripturæ ad eam rem deſeruientis, præcipuè tamen uerborum cænæ domini, quemadmodū ea uel Paulus, uel Euangeliſtæ deſcribunt: quæ mox ſubſequatur pia ad deum præſſiusq; cogitata præcatio. Deinde panis caliciſq; diſtributio, quæ cum gratiarū actione, prout cuiuſlibet loci aut temporis oportunitas tulerit, concludetur. Verùm & hoc quoq; moneatur, quibus ab hoc cibo ſit abſtinendum, ut qui regni dei non ſint particeps, ueluti à Paulo 1. Corin. 6. & alijs item locis enumerantur.

Quoniam autem circa harum adhuc rerum primordia laboramus, neq; dum pleriq; negocij profunditatem intelligunt, ad internam potiſſimum ædificationem reſpiciemus. Quare ad externa quod attinet flagitia, foro matrimoniali, ut uocant, cōtenti neminem facile excommunicandū eſſe ſtatuimus: quādo ij iudices praua exempla auertere & coërcere, maloſq; ad emendationem aliqua ratione pertrahere poſſunt. interea tamen fraterna illa correptio nullo pacto nobis eſt omittenda. Præterea ſuapte natura homines ſcelerati ſeipſos à nobis ſeparant, ut qui ex animo nunquam nobis adhæſerint. Sin autem eò prouehātur inſanię aliqui, ut uerbis ac factis in eo quod impiè in Euangeliū moliri cœperunt, tuendo inſolenter ſe perſeueraturos oſtendant, à cōmunione tn̄ temprare nolint, facilè ea in re pius miniſter, remedia quibus huic malo occurrat, excogitabit: ne indiligentiæ unquam culpari queat.

De uſu legis & Prophetarum. Cap. XXIII.

EX prædictis abunde cognoſcimus ſacramenta Chriſtianorum non ritus tantum ceremoniacos, ſed magna dei eſſe myſteria, Moyſemq; cum ſuis ceremonijs, ad nos nihil pertinere, eóque neminem ex Chriſtianis, retrorſum in Moyſen prophetasq;, ut ad illorum ſe comparet præſcriptum, eſſe deducendum, ſed ut in fide cognitioneq; Chriſti accreſcat, eſſe cohortandum. Sed in his nonnulli obijciunt. Si nullus ſit Moyſi, prophetarumq; habendus reſpectus, nec Bibliorum eſſe opus lectione, nec uetus omnino prædicandum eſſe teſtamentum. quibus Paulum obiectionibus opponemus, ad Timotheum ita ſcribentem: At tu

.Timoth. cap.3. perſiſtito in his quæ didiciſti, & quæ tibi concredita ſunt, ſciens à quo didiceris, & quod à puero ſacras literas noueris, quæ te poſſunt eruditum reddere ad ſalutem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, eſt utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad inſtitutionem quæ eſt in iuſticia, ut integer ſit dei homo ad omne opus bonum adparatus. Hæc Apoſtolus, qui Timotheum & in Chriſti fide permanere conſtanter, & ſcripturę uſum non negligere iubet. Atq; hic quinq; cauſę cur ſcriptura conducat, referri poſſunt.

Primo ſcriptura, hoc eſt, lex & prophetæ, ſapientes nos reddunt ad ſalutem, in eo quod Chriſti nos fidem, tanquã unici ſeruatoris, uitæq; largitoris æternæ deducunt. Quid enim aliud apud nos proficit Moyſes, dum uel uitæ emendatioris formam præſcribit, uel aberrantibus ab ea mortem minatur, niſi quod eius in nobis excitat deſiderium, qui iuſtos efficit ſceleratos, gratiàmque purè & ſanctè uiuendi iuxta hominem internum, elargitur. Etenim ſummam quan

mam quandam fuerit ſapientiam conſecutus, qui ex le- geprophetisq́ ſe alienum ab omni carnis concupiſcentia eſſe debere intelligat. Sed quis nam mortalium id per le- gem præſtare poteſt? Nemo. Sapientes ergo nos ad ſalu- tem per Chriſtum Ieſum conſequendam ea efficit. Is e- nim primo crucis uerbum quo carnis mortificantur deſide ria, nobis offert, mox uerbum uitæ, uimq́ reſurrectionis quæ rerum cœleſtium diuinitatisq́ in nobis ſenſum parit. Ita legem ritè utentibus plurimum conferre emolumenti, apparet. Huc autem etiam tabernaculi, teſtimonij, candela bri aurei, menſæ, panum propoſitionis, arcæ & ſanctifica- tionis myſteria pertinent: poſtremo omnia ſacrificia, unâ cum uniuerſo Moyſi miniſterio.

Porro & ex hoc quàm undequaq́ deprauata ſit noſtra natura diſcimus: quando ab inito ſtatim ſuorum præce- ptorum Moyſes, ea quibus uel in pietate erga deum, uel charitate erga proximum aberremus, oſtendit. docet autẽ in uniuerſa plæbe etiam crucem & reſurrectionem, quæ tum demum in ueram extollitur gloriam, cum maximè de preſſa humiliatur: inq́ extremis diſcriminibus, tuto inni- xus domino, conſiſtit animus, ſumma etiam in præſenti ui- ta tranquillitate: quemadmodum etiam per ueram pœni- tentiam, dum in Chriſtum credimus, æternam ſalutem adi piſcimur.

Atque hæc eadem quæ ex Moyſe hactenus memoraui mus, etiam prophetarum libri complectuntur, qui aliud nihil ſunt quàm perpetuæ quædam in Moyſem enarratio- nes, adiunctis ſimul hiſtorijs quæ ſalutẽ per Chriſtũ adum brant, ut in quẽ unũ, quũ in Moyſe tũ in Prophetis ſpiritus ſanctus ſpectauit, huiusq́ unius cauſa, opera dei eodem or dine & modo ſunt peracta quondã, quo gratiæ per Chriſti ſpiritũ ſuperuenientis curſus in hominũ animis eſt abſolut⁹.

hisq̃ rectè perpēſis, facilè quid Chriſtu s Io.5.uoluerit,intelliget. Si Moyſi(inquit)credidiſſetis,credidiſſetis utiq̃ mihi, de me enim ille ſcripſit. Rurſus,ſcrutamini ſcripturas,quia uos uidemini in ipſis uitam æternā habere,& illæ ſunt quæ teſtificantur de me, nec uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. Ex quibus conſequitur,nullum ſcripturæ ſenſum uerè conſecutū eſſe hunc, qui nullum dum de Chriſto luculentum teſtimonium,aut acceſſum ad illum animo ſuo percepit. Veruntamen ſi per ignorantiam hoc pacto Chriſtum non in omnibus ſcripturæ locis queamus eruere,non eſt ut deterreamur: uerùm enim profectum,modo pro noſtra & ipſi uirili annitamur, ſpiritus ſuppeditabit. Cum autem in omni doctrina,unus ſit Chriſtus perpetuò prędicādus, neceſſe eſt, ut ea loca quæ Chriſtum nobis explicant, identidem inculcemus. ex alijs uerò quibus minus apertè exprimitur Chriſtus,boni aliquid excerpemus: certi,nōnihil intelligentię nos ſcripturarum adeptos,dum aliquid ex ea cōperimus uſus ac utilitatis. Siquidem ſcriptura plurimum ad omne bonum emolumenti confert.

Secundo ad doctrinam ſcriptura prodeſt, quæ fructuū gratięq̃ ex cruce Chriſti manantis eſt cognitio: cuiuſmodi bonorū cœleſtium intellectus,facile nobis innoteſcet,ſi ea, qua debemus, ſedulitate in rerū diuinarū cōſideratione uerſemur. huc autem pertinent externorū promiſſiones, quas ad animi & ſpiritus profectum primum referre,& per Chriſtum ſpiritualiter cōcedi,doceri oportet: ac tum demum ad externa,cum ſpiritus Chriſti,ſuum in nobis munus obiuit. Eaq̃ niſi obſeruentur, periculum eſt, ne ſæpe præter Chriſtum ſplendidè promittamus multa,quæ ſecus tamen euenire experiamur: atq̃ ita falſi arguamur Apoſtoli, dum in mendacijs deprehenſi conuincimur:id quod recens nuper agricolarum declarauit exemplum, quibus cum nonnulli

tormen=

tormentorū ictus ſe per fidem ſuam auerſuros, manicisq́ inuoluturos confidentiſſimè pollicerentur, accepta clades tam miſeranda, falſos eſſe illos Prophetas, nihilq́ promiſſionum eiuſmodi præſtitiſſe probabat. Quare cum miniſtri ſimus ſpiritus, omnia etiam ſpiritualiter à nobis ſunt deſignanda: quemadmodum in Chriſto ad ueritatem & ſpiritum omnia referuntur.

Tertio, ad correctionem errorū: Quanq́ enim nonnihil cognitionis ex fide ſimus adepti, in denſa tamen etiãnum caligine, multarumq́ reiū ignorantia uerſamur. Eſt aūt ſcriptura non iuxta nudam literā, quod quidam ſolent, ſed ex fidei ratione & analogia contra errores adducenda.

Quarto, ad uitæ emendationem: Nam hiſtoriæ & figuræ ad nos relatæ, ualidas frugiferasq́ in ſe admonitiones complectuntur.

Quinto, ad ſcelerum correptionē: quò relicto abiectoq́ peccato, uerum in nobis pietatis ſtudium accendatur.

In his uero omnibus eſt ſumma cura obſeruandū, quænam corā Deo uerè ſint flagitia quò certiſſimè ea quæ ex Prophetis corripere ſtatuimus, cognita iā ante perſpectaq́ habeamus. Nam falſos alioquin Prophetas nos eſſe hoc pacto declarabimus, ſi uel docuiſſe uel exegiſſe à nobis deum aſſeramus, quibus contrariam aliquando uoluntatē illius re ipſa experiamur. Nam ſi dixerit (inquit dominus) falſus Propheta, in nomine dei & nō euenerit, id dominus nō eſt loquutus & hoc erit ſignū &c. Deut. 18. Eiuſmodi Prophetis & paulo ante capite. 13. etiam mortis eſt indicta pœna.

Porro propheticas correptiones, Chriſti ſpiritu cōdiri & mitigari oportet, quò inter acerbitatē amoris quædā uehementia emineat, quæ correptionis auſteritatē edulcet. Ita fiet, ut etiā eius ſcripturæ uſum aliquē deprehēdamus, quā nondum per omnia intelligimus; hoc eſt, in qua Chriſtum

nondum ſatis expreſſè comperimus. Spiritus enim dei iuſtificationem uitæ & omne bonum docet. Tantũ fratres chariſſimi in hoc omni incubamus ſtudio, quò prædicationis de Chriſto delegatum nobis munus, ritè exequamur.

De impugnando Papiſmo. Cap. XXIIII.

PОrro locos quoſdam cõmunes Pontificiorũ, hoc eſt, pręcipuos quoſdam Papiſticę Eccleſię rit⁹, Parroch⁹ probe cognitos habeat oportet: quò iuxta Chriſti præſcriptũ, ueluti ſupra diximus, refutare illos, et ab Eccleſia ſua auertere queat. qđ tamen nõ ſimul, ſed ſingillatim & ordine quodã pro oblata occaſione eſt faciẽdum. Etſi enim quicquid uel imperij Papiſtici uel inanium ceremoniarum erat, per totam ditionem Bernenſem, à magiſtratu ſit abrogatum: ope repræium tamen eſt & neceſſarium, ut plæbs ſolidè & conſtanter erudiatur, ne conſcientiæ adhuc imbecilles ab aduerſa parte implicentur, inꝗ priſtinos abſtrahantur errores. Quæ ut magis dilucidè adpareant, fingamus uerbi miniſtrum eiuſmodi ſcripturę locum tractaſſe. Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, ſuiꝗ corporis ſeruator. atque huic mox ſubiecіſſe themati. Eccleſiam Chriſti, populum eſſe internum & ſpiritualem, quem Chriſtus præter ullius omnino creaturæ medium gubernet, ſeruet, purum ſanctumꝗ efficiat. quibus uerbis hæc quoꝗ ſubijci poſſent. Quapropter Chriſtum certò abnegat, quiſquis Papam uicarium eius uel conſtituere uel aſſerere auſit: Chriſtus enim cum præſens apud ſuos ſit perpetuo, non aliter Eccleſiæ atꝗ caput membris cohæret, quibus uitam Spiritumꝗ iugiter de ſupernis infundit. Ex his itaꝗ manifeſtè patet, quicquid de Pontifice tanquam uicem Chriſti gerente, deꝗ inſtitutis eius legibus decretiſꝗ tradit, ex Sathana proficiſci. Chriſtoꝗ ſerua

ſtóque ſeruatori noſtro uelut ex diametro repugnare, & cætera. Quæ paucioribus uel pluribus uerbis procuiuſlibet uel loci uel temporis oportunitate indicari poſunt, mentione interdum de miſſa, aut luſtrica illa ſcelerum confeſſione adiuncta.

Quando igit eos qui uerbo præſunt, non aliunde quàm ex ſpiritu ſancto, ſalutem noſtram hoc eſt Chriſtum Ieſum annunciare conuenit, qui afflatu ſuo ad deum pertrahit mortales, & mundum arguit peccatorum: ſeduló illius exemplo danda eſt & nobis opera, quò in ſingulis concionibus ad Chriſtum fructusꝗ; iuſticiæ hortemur, & ſcelera, ſi quæ in noſtra plebe extãt, corripiamus. Neꝗ; tamẽ in publica iſta & craſſa quæ nunꝗ; nõ fortiter impugnari debent, ſolum eſt inuehendum, ſed latẽtes magis & reconditæ carnis uerſutiæ ſunt detegẽdæ. cuiuſmodi ſunt amor ſui, hypocriſis, falſa ſanctimoniæ pſuaſio, charitatis neglectus, inhumanitas, & ſi quæ ſunt alia, quæ in animo æſtuantia, illum aduerſus deum ſuum exagitant aut impellunt, quò pro fidei ſuæ modulo quiſꝗ; in crepatus in ueram emendationẽ incumbat, populusꝗ; Chriſtianus ipſum fontẽ originemque, hoc eſt, ipſos cordium ſinus, & inuolutas arcanasꝗ; cogitationes obſeruet, easꝗ; ad frugẽ meliorem perducat. Quare adprimè in hiſce eſt neceſſariũ, ut ꝓcul omni relegato affectu ex conſtanti ueritate, tanꝗ; corã deo in conſpectu Ieſu Chriſti corripiant concionatores: quod dum fit, nunꝗ; niſi ex mera abundantiꝗ; charitate qua per Chriſtum ipſorum ſunt tincta corda, obiurgatione aduerſus ſuos utenĩ, neꝗ; id tamen ulterius quàm ad ædificationẽ eam conferre putarint. Quandoquidẽ in Eccleſia domini ad emendationem uitæ comparata quæ fiunt, omnia eſſe debent: adeo ut nihil uel ex ſtudio carnis, uel contentionis Zelo proficiſcatur, qua tamẽ in parte non paucos qui Euangelici mu

neris titulo gloriantur labi grauiſſimè animaduertimus, qui ex affectuum ſuorum impotentia priuatū odium in aduerſarios euomunt, iracundiaq́ꝫ ardentes in contumeliam feruntē præcipites, ſe ipſos potius quàm Chriſtum prædicantes: ut munus planè ipſorum cathedra impudentiæ condignius, quàm eccleſię appellari poſſet. Abſit igitur omnis amarulentia, omnis acerbitas ab his, qui Chriſtum tam benignum & obuium ſeruatorē, docendi in profeſſo habent. Quin potius charitate ꝑfuſa eiuſmodi eſſe pectora uel maximè conuenit, per ſpiritum qui datus eſt illis. idq́ꝫ ſi ſecus fiat, ut correptio non iuxta dei uoluntatem ex Chriſti cognitione depromatur, nulla item amoris permixta dulcedine, adeò ut non per omnia unica dei gloria, ſalusq́ꝫ auditorum quæri intelligatur, malam eſſe eam & à Chriſti inſtituto alienam ſcelerum carpēdorum rationem, nemo eſt qui negare queat. atq́ꝫ hæc ueluti prǽſcriptum hactenus, ſeſe habere in hunc modum, apertè fatemur omnes: dominumq́ꝫ obſecramus, ut ita pectora linguasq́ꝫ noſtras modereē, ut æquabili incedentes gradu, medium ubiq́ꝫ teneamus. Nā ad ſcelera uel conniuere, uel leniori ea, quam oportebat, oratione coërcere, æque fuerit pernitioſum. Verū qui domini mentē ac iuſtū iudicium reſpiciunt, facilè in qualibet re quid factò ſit opus, ex prædictis cognoſcent. Præterea inter corripiendum ſermo non leuis aut ſcurrilis, ſed grauis, ſolidus & cōſtans eſſe debet: ne magnitudo Chriſti & potentia, quę libere pœnas aduerſus hominum flagitia profert, ulla ex parte imminuaē. In eccleſia enim domini grauiter omnia decenterq́ꝫ debent: cum contra nonulli è nobis uſqueadeo inſulſos impudicosq́ꝫ ſermones effundant, ut à caſtis auribus citra pudorē audiri planè nequeant. Id ne accidat nos mutuo hortamur ac diligenter obſecramus, quô ſermonibus ſobriis purisq́ꝫ utamur omnes, qui ad ædificationē profectumq́ꝫ

pietatis

pietatis deſeruiant, non animos imbecilles conturbent.

Qui ſint corripiendi. Cap. XXV.

PRæſentes igitur auditores flagitiorum ſuorũ admoneri & corripi oportet. Quid enim adferat utilitatis, ſi in Bernatium urbe aut ditione in exteros principes, qui nec ad nos attinent, nec noſtrã eccleſiam ulla ex parte agnoſcunt acerbius inſecteris? Paulus ad emendationem omnia facienda eſſe monet prima Corinthios 12. Sed quid emendemus ſi magnis clamorib9 in abſentes detonantes, noſtrum gregem, qui plurima & doctrina, & correptione eget, inani ſermone ſuſpendamus? Perinde ſit, ac ſi mortuum in balnea perferas, relicto in ſordibus ſuis furnario: hic enim qui ablutione indigebat uel maxime, negligit: in illo nihil balneum efficit aliud, quàm ut cadauer citius ex calore fœteat & computreſcat. Eodem pacto & nos quoque exteros, ubi linguæ incaluerunt, proſcindimus: nulla gregis noſtræ in carnis ſtudio pereũtis habita ratione, cui tamen à nobis admonitione commoda ſuccurri & poterat, & inprimis decebat. Atq; ita dum minus nos ad Chriſti formulam comparamus, ex omni parte eccleſiæ noſtræ officimus. Nam eiuſmodi tam acerbis in abſentes declamationibus plæbs noſtra exacerbatur, inq; temeraria incidat iudicia, ita ut propriæ oblita emendationis, alienis examinandis criminibus tantum ingenioſa eſſe laboret. Quamobrẽ abſentibus minimè allatrandũ eſſe cenſemus: niſi forte periculo, uel reip. uel eccleſiæ imminenti ſit occurrendum, aut alioqui obiter ac ueluti exemplo à ſceleratis ſumpto hominibus, à parib9 flagitijs auditores deterream9. Sed Papã tamen ſilẽtio prætcrire nullo modo poſſumus, eo qđ imperio ſuo noſtris ceruicibus perpetuò incumbat, ſimpliciũq; hominũ conſciẽtias impediat & conturbet, alioqui facile traditiones illius

tam ſordidas (utpote grauioribus occupati negotijs) corripere, omitteremus, niſi à ſacri illius templi ædificio auertẽda nobis impedimenta eſſent. Quare eatenus, ueluti prædictum, de exteris eſt ſilendum. Nam ſi exoriri aliquos ſentiat parrochus, à quibus incommodum Eccleſiæ aut pernities ulla impendat, non eos negliget, ſed ad plebẽ ſuam id negotium, admonitione adiuncta referet: ſecurus, etiã ſi eos, Euangelij hoſtes, quos arguit neceſſariò, grauiſſimè offendat & exagitet. Diſcrimen autẽ inter aduerſarios qui pietatis aliquo ſtudio tenenẽ & eos qui ſeipſos tantum quærunt, non difficilè erit obſeruare. quemadmodum & Paulus ſuos, ab Alexandri & Hymenæi, licet abſentium, impoſturis monuit, quò, ſi Epheſi in illos inciderẽt, melius & præuidere & cauere eas poſſent. Alioqui ſolet non raro & accuratè, piorum hominum & alibi degentiũ piè facta, uelut teſtimonij loco adducere, nempe quo ſuos ad pœnitentiam uitæq́ integritatem alliciat: ſiquidem cum mala exempla paſſim citra inueſtigationem occurrant, bonorum uero ſit tanta ubiq́ locorum paucitas, neceſſe eſt ut nihil quod à bonis fit uſpiam, taceat. Ediuerſo autẽ quibuſdam è nobis hoc unum eſt ſtudio, qui omnium ignominiam detegant, nihil prorſus aput ullos comẽdatione dignũ obſeruantes: id quod ipſum tamen è ſimplici & bono inſtituto prouenire non negauerimus: quod uitandorum ſcelerum rationẽ magis inculcãt pleriq́, quàm ut in animis auditorum, id quod tamen huius muneris eſt pręcipuũ opus, ultroneam rectè gerendi excitent propenſionem.

Veritatẽ citra ullam humani fauoris ſpem, non ex magiſtratus iuſſu, ſed ex ſcripturæ autoritate liberè prædicandam. Caput. XXVI.

Gladiũ porro uerbi dei ex æquo in omnes ſtringant Pa

rochi; nec uir an mulier, dominus an ſeruus, hoſtis an amicus, magiſtratus an ſubditus, gratum item an ingratũ ſit uerbum, penitus reſpiciant. ſed liberè proferant quicquid ad uitæ emendationem cõducere ex ſcripturis, compererint. ſibi ipſis uero, nec ad plauſum uenari, nec concitare factiones debent. ſiquidem dei negotium ſimpliciter & conſtanter citraq; ullum diei humanæ reſpectum tractandum eſt.

Neq; ex nobis quenquam, ueluti paſſim uulgi ſermonibus iactatur, magiſtratus tantum prædicare autoritatem cõuenit, adeo ut pleraq; quę docet eò, quod à magiſtratu pręcepta, & obſeruanda & credenda eſſe dicat: ne, qui cognitionis ſunt minus ſolidæ, plus Senatus potentiæ q̃ deo ſtudij uenerationisq; deferãt: is enim Papiſtice tyrannidis uel præcipuus error eſt. Fides aũt uera, in unum deum ſpectat, exq; uiuo eius uerbo & cordis illumminatione promanat, nõ uel ex terrenæ poteſtatis, uel hominis omnino ullius iudicio pendens: iuſtus enim ex fide ſua uiuit. In hunc itaq; modum negocium plæbi exponatur.

Quandoquidẽ Magiſtratus Bernenſis, recepto nuper concordibus ſuffragijs dei Euangelio, miſſam & quicquid huic atq; eiuſmodi euidentibus ſcripturæ locis, fideiq; analogię contrarium, abrogauit: id quod ita clarum eſt, ut nullus inficiari queat, obſtante tam menifeſta ſcripturæ autoritate, ueraq; Chriſti cognitione, cui utrunq; teſtamentũ certò aſtipulatur. Quare dei auxilium communibus uotis eſt expetendum, quò ueritatis iſtos ſẽſus porro in animos ueſtros pro ſua benignitate diffundat. Neq; committendũ nobis eſt, ut magiſtratum noſtrum, in Papę, qui conſcientiarũ ſibi imperium uendicat, locum ſubrogemus, id quod noſtris nos uiribus nimium fidere, externæq; potentiæ plus æquo inniti, argueret.

Fauorem plebis Parrocho non eſſe captandum.

Caput: XXVII.

SVnt alij nimium acres & intemperantes in perſtringendo magiſtratu, preſertim abſente, quem tamen, ſi cora eſſet, ubi uel maximè erat profitenda ueritas, turpi aſſentatione blandicijsq; demulcere ſtudent: idq; ob eam cauſam, quò plæbem ſibi, quam potiſſimum eiuſmodi cōuicijs & declamandi in magiſtratum licentia delectari ſciunt, ſibi concilient & adiungant. Ab utriſq; uero ex æquo peccatur. Chriſti nanq; miniſter, non uel ſubditos uel magiſtratus ſubijcere ſibi, aut ullo ſe pacto ambitioſus extollere debet, cum ex profeſſione ſua dei ædificationem promouere tantum, citraq; perſonarum reſpectum, ad dominum ſuum credentes adducere & deceat & conueniat maximè. Atqui fauorē nos hominū demereri inuidiamq; declinare nitimur. à qua ambitione fuiſſe Paulum alieniſſimū conſtat, qui paruí faciebat, quod à Corinthijs dieq; humana iudicaretur. Quapropter omne in hoc eſt ſitum negotium, ut uerbi miniſter ęternum dei obſeruans conſilium, illius ex ore ea proferat potius, quæ in extrema die ueriſſimo iudici iadprobentur, quam quæ mundo blandiantur preſēti, laſciuasq; & petulantes aures iucundè titillent.

Vbi dicentis fuerit erectus animus, ritè etiam omnia fiunt & ſuccedunt. Syncero ſanè & uero paſtori, prima hæc eſt et præcipua cura, quî deus apud hominem internum fiat maximi, pietasq; ſolida et germana apud Eccleſiam ſuā eluceat. Quare mox ad uirtutes hortatur, deinde corripit: nec tamen uehementius, quam ex diuini ſpiritus impulſu, aut Chriſtum ipſum corripuiſſe indicauit. Ergo ut rectè ad

miniſtren-

miniſtrentur omnia orandum ſedulò, ut fidi, in hanc tam la tam domini uineam operarij ab ipſo immitantur.

Quando acriter ſit increpandus, uel leniter admonendus peccator, exemplo Chriſti eſſe diſcendum. Caput XXVIII.

ACcidit autem ut acriore nonnunquam correptione ſit opus, interdũ uero orationẽ uel maxime blãdam res ipſa expoſcit: iam parcitur, iam rurſus aſperior increpatio exercetur, utrũque ad dei gloriam promouendam. Samuel abiectũ à domino Saulem, nec traducere nec infamare apud plæbem uoluit. Elias uero Iſabelem unà cum cæteris Baal ſacerdotibus acriter & publicè inſectatur, quorum uterque munus ſuum ex dei uoluntate obibat, alter acerbius, alter uero lenius agens, cum duobus æque inuiſis domino peccatoribus. Cæterùm in his quæ cuilibet uel loco uel tempori conueniant nec canonibus ullis cõprehendi, nec ratione humana reputari poſſunt: ſpirituali enim iudicio ea ſunt examinãda quod conſequemur ſi ad domini nos per omnia præſcriptũ comparare, animo ardenti expetamus. Ioan. 7. Quod noſtrum uotum haud grauate exaudiet dominus, ſermonem qui ſingulis expediat temporibus ſuppeditans, etiamſi certa mox inde pericula ſubſequantur.

Ad ſenatum Bernenſem clementiſſimos dominos noſtros adhortatio

QVamobrẽ, uiri celeberr. ſi uel aduerſum uos omnes, uel ſingulos, aut ueſtros etiã præfectos, acerbius q̃dpiã inſolentiusque dicatꝰ: laudabile fuerit et præclarũ, ſi celſitudo id ueſtra, nõ ferat iniqui

ſed cuius ea nomine ac iuſſu Parrochi proloquātur, cōſide
raueritis, Nā uelut legati & apoſtoli, pricipis ſui Chriſti uer
bum illi offerunt, à quibus quæ dicuntur, æqui boniꝙ ſunt
conſulenda. Sapientiam enim mundanā, cū pro ſua uolun
tate uarijs modis infringat dominus, interdum per indoctū
eiuſmodi Parrochum paganū imbecillitatis nos noſtræ cō-
monet. in quo potiſſimum fidei præſtabitis obedientiam
ſi eas increpationes, tanquam ad emendationem ueſtri à
domino profectas æquo animo tuleritis.

Nec uero commouere ac exagitare uos debet, ſi minus
forte exacta in corripiendo ueſtræ exiſtimationis ratio ha-
beatur. Nam et à natura ſic eſt comparatum, ut uicijs no-
ſtris adplaudamus omnes, correptionemꝙ etiam æquiſſi-
mam citra faſtidium audire nequeamus. culpā enim ſuam
nemo eſt qui ſua ſponte agnoſcat, aut agnoſcere etiam ue-
lit: ut non dicamus quanto in periculo magiſtratus cōſiſtat,
ut cui maior pars hominū ob excellentem potentiæ autori-
tatē, in os aſſentatur, & quæ auditu iucunda ſunt, ingerunt:
neꝙ tamen interea ut uerba prę ſe ferūt, affecti: imo abſenti
bus nonunquam calumniantes ac peſſima quæque imprę
cantes. Obiurgatio ergo publica, potior uobis quam ami-
citia ſimulata eſſe debet: utpote quod uulnus amici, quod
dici ſolet, utilitatē ueram confert, oſculum autem hoſtis cer
ta pernicies comitatur: & ut uno rem faſce complectamur
omnino eſt in omnibus dicentis animus reſpiciendus. Præ
ſtat ſanè confictis uos onerari calumnijs, quàm gnatonicū
illud aio aſſentabundè paſſim ingeminari. hoc enim falſam
in uana opera fiduciam ſecuritatemque parit, illud, cautos
perſpicacesꝙ oculos reddit, quò diligenter circumſpicien
tes rectius omnia & geratis & adminiſtretis. Eximiæ igitur
& præclaræ cuiuſdam uirtutis laudem meretur magiſtra-
tus, ſi quæ in ſe dicūtur auſterius, animo magno excelſoꝙ

ferat,

ferat, nihil in peiorem reputans partem. Verũ ſi communis exigat tranquillitas, ut effrenis illa calumniandi reprimat libido, enitendum eſt ut id modeſte, ac citra uiolentiam, re, nõ niſi probè comperta fiat, ſic ut magis obiurgatorem ſcelerum, paulo uehementiorẽ, quàm canem obmuteſcentẽ, (ſic enim à Propheta adpellat) hoc eſt, ad omnia impie facta conniuentem, tolerare ſe poſſe declaret. Quæ non eò dicimus, quod importunorum hominũ, inſolentes nobis clamores probentur, ſed quoniã ueritas ipſa mordet, ſuamq́ in ſe habet auſteritatem, & ferè imminens incommodum quod alij aut minus proſpiciunt, aut non futurum credunt, ſit parrocho præueniendum: neceſſarium eſt, longanimitate, atq; clementia, in intempeſtiuis etiã eiuſmodi increpationibus excipiendis utamini: niſi fortaſſis prauitas maleuola ſubſit correptioni, ubi æqua pœna ſtatui poteſt. Sed in his quid facto ſit opus facilè ipſi pro ueſtra prudentia decernetis. De noſtræ nunc pietatis profectu, potiſſimũ agitur.

Quibus in rebus potiſſimum plæbs admonenda ſit & corripienda. Cap. XXVIIII.

ENimuero Chriſtus doceri neq̃t, niſi erroribus cõmonſtratis in ſcelera inuehamur, ac ad ſolidam dei cognitionem ueramq́ pietatem, quã ultro gignit animus, gnauiter cohortemur, id quod in docẽdo præcipuũ eſſe debet. Sed qđ ad communes illas ac prophanas rerum publicarum rationes attinet. Sententia noſtra mox ex ſequentibus patebit.

Ad parendum magiſtratui cohortandam eſſe plebem, & de diſcrimine prophanæ ac ſpiritualis poteſtatis Caput. XXX

PRincipio cũ plæbis aduerſus magiſtratus, tenuio riſq́ fortunæ hominum erga opulentiores animos, natura ipſa inobſequentes ſediciosos & cõtumaces eſſe

uideamus, cum tamen diſſidium unum omnium maximè charitati chriſtianæ, qui unicus hominum piorum eſt color quo à peſtilenti mundo ſeparati diſcernũtur, repugnet: omni conatu eſt annitendum, quo debitum magiſtratui honorem, tanquam à deo cõceſſum apud imperitam multitudinem ſedulò depingentes, uindicemus: ut quem dei uices gerentem, etiam propter conſcientiæ ſecuritatem, conueniat reuereri. Quanquam enim homo uere Chriſtianus ſubiectum ſe eſſe omni creaturæ perſuaſus ſit, in eccleſia tamen Apoſtolorum, hic etiam pernicioſæ opinionis error irrepſit, ut homines pij, quia cœleſtis illorum eſſet reſp. nec locum ſedem'ue in terris ullam conſtantem ſtabilemq́ haberent, ſed expectarent futuram, magiſtratum terrenum ad ſe nihil attinere, nec ſua, quod inſtitueret intereſſe exiſtimarent. hinc dominiconfundebatur ordinatio, quæ duos in terris conſtituit principatus: quorum ſublimior & auguſtior eſt ſpiritualis & cœleſtis, quem adminiſtrat Chriſtus cui uni omnis gloria eſt aſſignanda, ad illum ab externo deſeruiunt miniſtri ſpiritus, hoc eſt, ueri concionatores. Minor autẽ, cui magiſtratus Bernenſis, ac alij quoquo uerſus terrarum præſunt. Vtrique autem homo obligatur Chriſtianus. ad conſcientiam enim quod attinet, ſpirituali, quam dominus ſolus, citra ullius omnino creaturæ interuentum iudicat. Quod uerò ad corpus bonaq́ attinet temporalia, gladio externo, humanęq́ adminiſtrationi ſubijcitur. Cęleſtes etenim qui Chriſti nomen profitentur omnes ſunt, ſed non per omnia, dum terrenam hanc habitationẽ corpusq́ periturum ſecum circumferũt, quamobrem nec ſe terreno ſubducere imperio debent, quanquam indies ex ea creſcere & emergere, ac magis magisq́ cœleſtes effici conueniat. Homo enim Chriſtianus è mundo eiusq́ imperio, per unctionem dei ſeſe attollit, hoc eſt, minus minusq́

concu

concupiſcentijs illius ſordidisq́ negocijs adhæret. Quæ ut dilucidius pateāt, ex biblicis hiſtorijs adduci exempla poſſunt: ex ijs enim ſatis liquet, quanta ſeueritate deus, impijs etiam regibus inobſequentes puniuerit. Cuiuſmodi Dauidis eſt contra Saulem exemplum: cui cum dominus omne renunciaſſet imperium, uenerationē tamen Dauidem, etiā unctum iam regem, detuliſſe, & cum perdere illum poſſet, peperciſſe conſtat: quod diligenter eſt conſiderandum.

De cenſu & decimis Caput. xxxI.

EX prædictis cōſequit̃ decimas iure eſſe perſoluēdas. Conſtitutio nanq́ externa eſt, nec contraria charitati: id quod Ioſephi teſtatur hiſtoria, qui ita Aegyptum uniuerſam tributariam reddidit, ut quintam bonorum ſuorum partē pēdere Regi ſinguli adigerent̃: quæ fuſius ex Pauli ad Romanos epiſtola explicari poſſunt. Neq́ enim æquior ullus eſt redditus quàm decimæ: in quibus tā qui accpit, quàm qui dat, dei liberalem in nos benignitatem reſpicit & expectat: æquale uterq́ ex eo quod prouenit cōmodum incommodumq́ ferens. Verum quod ad cenſuum (quos uocāt) attinet rationem, modū non raro excedi haudquaq́ ignoramus, in quibus corrigendis magiſtatum aduigilare, non Parrochum occupari decet, eo quod nec ſui eſt muneris, & ferè publici ſtatus immutationem inducit: quæ tamen non citra prudentum hominum conſilia, exactâq́ meditationē eſt molienda: niſi fortaſſis nimia uiolentia apertęq́ iniurię, ut ſæpe in uini frumentiq́ redditibus accidit, deprehendantur. Monebit autem ſuos Parrochus, ſi modo ad præſentes ea res, auditores ullo pacto pertingit, non eum qui etiam iniquos perſoluit redditus ulla eſſe in noxa, ſed qui accipiunt, eos uero grauiter in dominum delinquere. Atq́

in his eſt unica charitatis pręſcribēda regula, ut omnes quę ſibi pari in re fieri cupiant, eadem quoq; alijs diligenter & officioſè præſtent.

Verùm & hoc obſeruandū, emptionis uenditionisq; contractus, męchanicaq; artificia, et manuarios omnis generis labores, non euangelio ſimpliciter, quod ad conſcientias tantū attinet, ſed externis ordinationibus ſubijci, eademq; quodam modo ad charitatis formulam eſſe examinanda. Cęterum in uero chriſtianiſmo qui puris affectibus ad proximi utilitatem totus eſt comparatus, ſibi mutuò ſtudent omnes, mutuoq; datur, nulla lucelli fœnorisq; ſpe propoſita adeoq; proprium nihil poſſidetur. Verùm in his ſuū quiſque obſeruet ſpiritum, ne carnis quodam ſtudio ea elargiatur, in quibus etiamnū tota mente acquieſcat. Anna enim ē pectore repurgato, rationibus pecuniarijs, facilius rectiusq; cōſuletur. Qua in re non parum lapſi & Catabaptiſtæ ſunt, qui externam poteſtatem: quantū in ipſis eſt, tollunt, ſeq; mutuò ad parentes, uxores, liberos, ædesq; deſerēdas, urgent & impellunt. Id quod dei rectè moderantis omnia, uoluntati repugnat, qui à nobis exigit, ut ſua quiſq; ſorte ac uocatione contentus, nihil ex ſeipſo inſtituat: quin potius charitate rebus omnibus præpoſita Chriſtum ultrò amplectamur, qui ex interna animorum puritate in bona opera erumpit, diuerſum à lege Moſaica, quæ exteriore illa ac ſimulata pietate hominum mentes coërcuit.

Legum & decretorum ſenatus noſtri, autoritatem, ſedulo inculcandam, inq; ſcelera plæbi familiaria conſtanter inuehendum. Cap. XXXII.

Poſteaquā autem à magiſtratu noſtro uaria mandata & edicta ad Chriſtianam modeſtiam moresq; pertinentia pro-

tia prodierunt, diligenter ea nobis ac pro uirili tuenda ſunt & propaganda, illorumq́ oſtendenda ęquitas, eò quod flagitia eadem, & ſcripturæ iam olim prohibuerint, & ne apud gentes quidem, præſertim honeſtatis aliquo præditas ſtudio impunè ſint admiſſa. Cuiuſmodi ſunt ſcortatio, luſus, ebrietas, adulterium, lenocinium, blaſphemiæ in deum, & Carum inſtar belligerando ſanguinem fundere Chriſtianum, eosq́ qui nunquam læſerunt perdere. Cuius rei turpitudinem ratio quoq́ humana intelligit, & quam honeſtiores etiam gentilium ſunt auerſati. Atq́ ea tam pia decreta, ut rata habeat, fortiterq́ tueatur magiſtratus eſt cohortandus, munerisq́ ſubinde ſui commonendus.

Porrò plæbis noſtræ captus & ingenium ſtudioſiſſimè à nobis obſeruari debet, quò noſtro illā miniſterio per Chriſtum ad timorem dei pelliceamus. Neq́ enim apud omnes omnia flagitiorum genera comperiuntur, ſæpeq́ temporis mutatio, etiam morum ſcelerumq́ uariationē parit, cuiuſmodi ex cōuerſatione diutina, priuataq́ ſubditorum interpellatione facilè animaduertetur. Nunq́ tamen non de matrimonijs & puerorum diſciplina, fraternaq́ correptione, quæq́ communia omni carne adhærent ſcelera, eſt agendum, ueluti ſunt liuor, odium, mendacium, perfidia, & alia eiuſmodi humanarum tenebrarum opera. Quarum rerum tractationem quisq́ diligenter meditatam habere, frequenterq́ uſurpare debet.

De puerorū diſciplina & Cathechiſmo. Cap. XXXIII

QVia non difficulter, uereq́ diſcitur, quicquid diſcitur à primis ſtatim annis, contrà autē ætate prouectiores inepti ad omnia ſunt, tum etiā quia domini iugum à teneris ſtatim ſubire cōducit, atq́ in hoc eſt incumbendum Chriſtia-

nis præcipuè, qui liberi Chriſto, in mortem eius quamprimum conſecrent̃ quos alioquin plus ſatis in humanis concupiſcentijs & Sathanę imperio adoleſcere cernimus, opus eſt uel maximè ut Catechiſmus, ſiue puerorum docendorum ratio inſtituatur, in quo homines imperiti, præſertim iam adulti creatorem ſuum & amare & timere per Chriſtũ addiſcant. Nec uero ea res multis & uarijs ſcripturarum eget teſtimonijs, ſed ex communi iſto Apoſtolorum ſymbolo, dominicaꝙ oratione, omnibus nota, multisꝙ iam ante libellis explicata commodè tradi poſſunt. In quo tamen prima ea ſit ac præcipua cura, ut uer⁹ dei amor in noſtris ipſorum pectoribus accenſus ardeat, unde deinceps tenelli adhuc puerorum animi, facilè noſtro exemplo ad pietatis ſtudium incaleſcent. Nam quicquid alioquin uel alij docent uel ratio ex libris compræhendit, actio quędam eſt humana, ſicꝙ permanet, donec uerus pręceptor ſpiritus, in opus progrediatur ipſe, qui nos ad perennem illam & cœleſtem uitam creat, innouat & regenerat. Viſum eſt autẽ neceſſarium nobis, ut totum Chriſtum, uniuerſumꝙ fidei negocium ex ſymbolo inueſtigemus, ſimplicibusꝙ cõmonſtremus. Nam ut precatio dominica ueram orationem omnem apertè copioſeꝙ complectitur, ita ut ueterum præces longè lateꝙ excedat; ſic in hoc fides noſtra fuſiſſimè eſt comprehenſa.

De decem præceptis Caput. XXXIIII.

ET quanquam in paſſionis, mortisꝙ ieſu Chrſti meditatione tantum, peccatorum cognitio pœnitentiaꝙ comparetur, utile tamẽ eſt & operepretium, ut decem præceptis ſtatim pueri imbuantur ab externo, atꝙ ad animum ea à parrochis, inter docendum explicatione dilucida referantur, ad

eum mo-

eum modum, quem Chriſtum in ſuis, quos in monte habuit ſermonibus tenuiſſe uidemus, Math. 5. 6. 7. quò pueri dei notitiam, fideiq́ negocium, in animis ſuis quos dominus continuè intuetur, percipiant tandem, & rectè intelligant. Sed utinam parentes eiuſmodi catechiſmum, & uerā fidei doctrinam pueris ſuis inculcare minus puderet, quò ſincera aliquando & germana pietas maiori cum ſtudio coleret, nec uerbis tantum uanis ſanctimoniā polliceremur.

De ſymbolo fidei, oratione domica, & decem præceptis. Caput. XXXV.

FIdei autem negocium tribus hiſce partibus cōſtat. Symbolo, oratione dominica & decē præceptis. Symbolum docet deum & Chriſtum, indicatq́ quo pacto gratia & uita nobis obueniat, accreſcat & abſoluatur. Oratio dominica perfecta eſt Chriſtianorū hominū præcatio, ac inſtar urnæ qua ex diuinæ benignitatis fonte, gratia ea hauritur, hominumq́ animis inſeritur. Siquidem uoto ſuo potitur, qui uero affectu petit, adeoq́ citra petitionem fruſtranea eſt omnis gratiæ oblatio. Ea enim mentem aperit, atq; ad dei benignitatem percipiendam idoneam reddit.

Porrò decem præcepta exercitatio quædam externa & uſus ſunt, quo caro depreſſa & flagitia ſua agnoſcere, & agnita in memoria retinere poteſt: quę tamen cognitio niſi ex Chriſto petatur, nihil emolumenti habet. Præcepta igitur hæc in animo ſuo reputantem, pari ratione cogitare conuenit, Chriſtum innocentem ex dei prædeſtinatione pro peccatis ſuis mortuum eſſe. Atq; ita rudium hominum & puerorum biblia ſunt, ſymbolum, oratio dominica, & decem præcepta, ut quæ totius in ſe chriſtianiſmi rationem comprehendant. Sacramenta enim uelut baptiſmus, & cœna

domini ſunt, ſacræq́ꝫ conciones, quoniam nihil agunt aliud, quam ut credentiũ animis myſterium filij dei, offerant, oblatiq́ꝫ excitent conſiderationem, non eſt quod pueros & ſimpliciores hiſce grauemus, niſi quatenus ad Chriſtũ qui his tribus, ueluti prædictum, luculentiſſime exprimitur, intelligendum conducunt; alioquin nimio uerborum agmine negocium inuoluitur & oneratur, ut pij deſperatione ſtatim præſumpta, ſublimiora illa, quam quo ſuus pertingere captus queat: eſſe exiſtiment. Sedenim & hoc quoque diligenter cogitandum, quod Chriſtus inperſcrutabilem dei gratiam prudentibus huius ſeculi abſconditam, paruulis tantum aperuiſſe ſe tam diſertis uerbis teſtatur. Quare ſimplicium nos hominum intellectui, quantum fieri poteſt, ac commodare. nec ex cuiuſlibet inſani capitis commentatione nouos fidei articulos confingere decet.

De uita ac innocentia Parrochorum & concionatorum in genere. Caput XXXVI.

NOn ab re eſt, quod Propheta teſtatur, perinde eſſe plæbem ac ſacerdotem, & ſacerdotem iuxta ex plæbis moribus metiendum. Nam quos gratia ſua benigne reſpicit dominus, pios Prophetas fideleſq́ꝫ ac prudentes myſteriorũ ſuorum diſpenſatores illis immittit. Quocirca ſibi ipſi imputet populus, quod noſtro ei miniſterio, ut par erat, non eſt conſultum. E regione nos quoq́ꝫ culpandi, quod auditores tam inſolentes & contumaces, ueritatiq́ꝫ obluctantes experimur: nam idipſum & grauiora etiam noſtra merentur flagitia. Verùm ſi aſſiduos nos in hac tam ampla & copioſa meſſe operarios præſtiterimus, ſemper tractabiles reperientur animi, qui ad ſolidam dei iuſticiam pertrahi queant: quare danda unicuiq́ꝫ opera, ut ad eorũ nos præſidum formemus exemplar,

exemplar quales in Iudicum libro inſtituit Moyſes: nempe ut ſint ſapientes, prudentes, ſtemmatum non imperiti, graues ac fortes uiri, pij, ueritatis amantes, & auaritiæ oſores, Cuiuſmodi donum & gratia in nobis quoq; uel maximè elucere debet. (Vt enim illi, in temporali iſto ac perituro regno, ita in cœleſti nos eccleſiarum ſumus miniſtri) ne minorem forte noſtra ueritas, quàm illorum umbra & imago quæ ſub Moyſe fuit, obtinere uideat. Porrò ea maximè, quæ ex cruce Chriſti profluit ſapientia intelligentiaq; præditos omnes eccleſiarum miniſtros eſſe conuenit, atq; hoc etiam hominum Chriſtianorum de ſe teſtimonium, eumq; fauorem tenere, quæ non ex carne & ſanguine, ſed ex ſpiritus fructu, opereq; charitatis proficiſcatur, iuxta Pauli exemplum, qui iuxta carnem neminem agnoſcebat, quem eundem affectum & eccleſias induere conuenit: non quæ carnis ſunt porrò ſentientes. neq; hic uel dictorum, uel operum etiã audacia, ſed patientia cõſtans charitasq; officioſa, quæ ex fide prouenit nõ fucata, reſpicit. Atq; hæc tã ſolida fides, ueritatem per ſe inducit, omnemq; nõ auaritiam modo, ſed prauam etiam cupiditatem excludit: quò etiam Petrus hortatus eſt. In hunc modum comparatus fuit Paulus, qui ſe tanquam exemplar & imaginem, quatenus Chriſti mores exprimebat, imitandum propoſuit. Ad cuius formulam ſi noſtram quoq; uitam formauerimus, hoc eſt, ſi cogitationes, os, manus, omnesq; actiones noſtræ cum doctrina paria faciant, poſſumus & noſtram plæbẽ, ut nos ipſos tanquam pietatis effigiem obſeruet, cohortari. Sed ad huc id tutò nobis haudquaquã licet, quando ex diuinis rebus nec ipſi dum ſatis nos explicare poſſumus, nec dum opera pietatis ulla, in nobis tanta eluxerunt. Verùm tum ea gregi noſtræ erunt commendabiliora, ſi noſtrum in eccleſia munus ritè obeamus, & cùm intra nos ipſos tum apud familiã

noſtram modeſti, graues, pijq́; eſſe comperiamur. Sed primum de officio noſtro in ſequentibus tractabitur.

Quam in literarum ſacrarũ lectione, ac cæteris ſtudijs rationẽ Parrochi ſequi debeant. Cap. XXXVII.

QVoniam diuina ſcriptura per fidem, quæ eſt in Chriſtum Ieſum, ſapientes nos efficit ad ſalutẽ, omnis enim ſcriptura ad doctrinam, correptionem & emendationem uitæ in iuſticia confert, ut uerè homo dei ad pias actiones reddat̃ idoneus: neceſſarium eſt, ut in Bibliorum lectionẽ magno ſtudio incumbamus: eo tamen ordine, ut prius, quàm in manus ſumatur liber, preces ad deum fundantur, quæ piæ planè ac ſpirituales eſſe debent. Vera enim eiuſmodi & ex ſpiritu proueniẽs oratio, ante omnia, ad gratias ob acceptum à domino beneficium agendas, impellit orantẽ: unde mox conſolatio certa fideſq́; conſtans enaſcitur, deinde ad eam urget precationem, qua inſcitiam in præſentiarum præmentem ab ſeſe tolli petit. Vnde ardor quidam uehemens & cupiditas exoritur, iuſticiæ fames ac ſitis à domino appellata, quam ſemper ſaturitas comitatur, ac uera ſalus. Quamobrem cõſtat per orationem mentes expurgari noſtras, ac uelut præparari, quo conſilium ac dei ſenſum latentem in litera compræhendere queat. Quod niſi fit, citra religionem in libris diuinis, tanquam in prophanis hiſtorijs uerſari, noſtramq́; exercere rationẽ ſolemus, ex quo nihil niſi ſapientia quædam carnalis, ac inſolentia exoritur, quæ poſtea, tanquam dei oracula ſimplici plæbi obtruditur. quare non immeritò monet Iacobus, ut ſi cui deſit ſapiẽtia poſtulet à deo qui dat ſimpliciter.

Iacobi. 1.

Poſt orationẽ autem animi tam pij & diuino amore flagrantis, aperiri liber, nec ut hominũ, ſed ut dei, quæ reuera

ſunt

ſunt uerba, perlegi debent, manente eadem ſemper oratio-nis ardore: tantiſper dū intelligentiæ alicuius diuinæ de ſupernis infuſæ ſenſum percipiamus. In quo ſuſcipiendo cōſtanter, ſineq; dubitatione lector, ſibi perſuadeat, ad correptionem, uitæq; ſuæ emendationem omnia dici, atq; ita ſeclusis cæteris creaturis omnibus, totum negocium inter ſe ac deum ſuum, ſimplici ſynceroq; animo expediat: non ſolum quid populo ſit dicturus, ſed etiam quo pacto apertiorem ipſe earum rerum lucem & cognitionem cōſequi poſſit cogitans. Verùm poſt nonnullam iam in fide concæptā noticiam, aliquos ſcripturæ locos, qui cum ſuo nōnihil pugnare intellectu uident, ſibi ipſi lector opponat, eósq; ut ritè īter ſe poſſit cōferre, domini imploret auxiliū, donec ipſa nobis ueritas certò per omnia innoteſcat. Quæ omnia gratiarum actio, aſſiduaq; muneris accepti conſideratio conſequatur. Poſtremo uerò his ritè peractis, cōmentarij & libri, qui ea de re uel hac tempeſtate, uel prioribus ſæculis prodierūt, ſunt euoluendi, atq; cum noſtro quem hactenus adepti ſumus intellectu, conferēdi: ita fiet ut cum iudicio ſano inoffenſè legi poſſint. Nec ſanè parū lætitiæ attulerit, ſi quis cum ſe à domino intelligat percepiſſe rerum diuinarū ſenſum, cui uel aliorum dona conſentiant, uel tantum reliqui nondum ſint inueſtigādo aſſecuti. qua tamen in re non ſeipſum inſolentius efferet, utpote qui & præcibus à domino id impetrarit, & probè, quantum prauam ambitionem malorum cōſequatur proſpiciat. Porrò ſuas quilibet in ſcripturæ ſtudio meditationes aſſignet, ac cum ſequētibus, in quæ mox incidit, ſtudioſè cōponat. In uia enim domini, ad ſublimiorem ſemper profectum eſt enitendum. Quumq; ſit tam fallax & imbecillis ſæpe noſtra memoria, utile eſt, ut ueluti inſtructo pœnu, ſubſidium quoddam habeamus pa-

promatur ſuppetat. Cuiuſmodi exercitia mentes noſtras, tanquam ſcientiæ diuinæ armamentariū, ubi ſpiritualia ad uerſus dæmonis inſidias, arma reconduntur, efficiunt.

Scripturam nobis inter nos mutuò amicè eſſe conferendam. Caput XXXVIII.

AD hoc inprimis conduxerit, ſi cum ſcriptura noſtrum intellectum, idq́ ſedulò ac diligēter, conferre nō pigeat, potiſſimū cum ſuo quenq́ uicino, pio uidelicet & diuinæ gratiæ uberius conſequendæ cupido: quò ad maiorem domi ni noſtri Ieſu Chriſti cognitionē perueniat, atq́ adeo eiuſ modi ſermones noſtros, familiariaq́ eſſe colloquia erga omnes decet, ut pietatē Criſtiq́ regnū ante omnia referāt. id quod & maioribus noſtris ſolenne, & nobis repullulāte noſtris temporibus Euangelio, non infrequens fuiſſe abun de conſtat, quos cum omnibus de noſtro Euangelio aduer ſus Papiſticas fraudes diſputare precipuè iuuabat. Vbi ta men enixè cauendum, ne aut mordaces ac irritabiles nos exhibeamus, aut duræ ceruicis & pertinaces, ut qui opinio nem ſemel conceptam propugnare, ac obſtinatè tueri per gamus. Conuenit enim, quicquid Chrſti, donorumq́ eius apud unumquenque ſentiſcas, utut minutum fuerit, grati as deo agere, eaq́ modeſtè adminiſtrare omnia, ut quic quid id ſit diuini muneris, prolicere potius, q̄ ſpiritū extin guere ſtudeas. Nam hinc uel maxime ſimplex & deo deuo tus animus ad magnam diuinorum operum cognitonem prouenire ſolet. Quinetiam id genus collationes eò confe runt, ut expeditiores & cum ijs uerſemur, qui noſtræ ſunt curæ commiſſi, & aduerſarijs nos minus præter dignitatē obijciamus. Quod quidē à filijs dei longè alia fit ratione, quàm in temporalibus illis aduerſarios ſuos opprimere ca

ro & ſanguis conſueuit.

Quo pacto conſiderari ſacra concio debeat Caput: XXXVII.

VBi cōcionandum eſt, ſcriptę aliorum homiliæ ſiue commentaria legi à non paucis excipiq́ tantiſper ſolent, dum horæ tranſigendæ quod collegerunt, ſufficiat: parum uero obſeruatur quid ad pręſens tempus pręſentis Eccleſiæ ædificationi, uel conferat, uel obſit. Vnde fit ut parum adeò quæ dei ſunt, ſolidè tractentur. Noſtrum ergo fuerit, & adhortari nos inuicem & promouere, ut ſcripturam ipſam ulprò quisq; meditari potius uelit, & expendere, pro ſuo nempe commodo, ut dictum eſt: dein uerò ad obſeruatum ſibi eccleſiæ ſuæ modulum, intellectus ſui acumen attemperare, ita ut uix decimam partem interdum eorum, quæ ſibi ad præſentem ſcripturę locum à deo tradita ſunt, pro concione eſſe dicenda exiſtimet. Siquidem omnia cedere in eccleſiæ bonum debent, neq; hic uel ingenij acumen, uel ſpiritus ſublimitatem oſtentare conuenit, ubi toto pectore dei honor ad eccleſiæ ſalutē per Chriſtum, poſthabitis interim alijs omnibus, quærendus eſt.

Nihil ergo neceſſe fuerit, uarias adeo canonum formas pręſcribere, quando ueritas mentibus ipſa ineſt, eamq; charitas dei abundè diſtribuit. Atque hic nulli planè carni parceretur, neq; acerbè præter rem irritaretur facilè quiſquam, ad populi uerò ædificationem proficerent omnia, qui extra

Libros prophanos modeſtè legendos. Cap. XL.

POſſunt uerò prophanorum ſcriptorum libri, ut hiſtoriæ, ab eo qui uerbo cæteris præeſt, legi, ſed diuerſa tamen à ſacris exiſtimatione, & cum iudicio: nempe ut ad rationis exercitium ingeniúmque carnis perdiſcendum faciant. Neque eſt cur eos ad animi noſtri profectum alioqui pertinere, uehementer arbitremur. Proinde ex ſpiritu Chriſti, & ſacris literis omnis inſtituendi, exhortandi, corrigēdi, proficiendiꝙ ſumi ratio debet. quanquàm accidit, ut interdum ſed breuibus, ethnica aliqua hiſtoria non incommodè adduci pro concione poſſit, id quod uſqueadeo non prohibemus, ut interim tamen unumquenꝙ ſperemus cogitaturū, myſteriorum Chriſti ſe diſpenſatorem eſſe, eiuſdemꝙ ſpiritus miniſtrum: proindeꝙ ſpiritualibus literis quàm carnalibus uſurū potius. Et quamuis (quod dolendum profectò) qui per agrum uerbo præſunt, non perinde omnes ſtudioſi ſint: admonendum hoc tamen non ab re iudicauimus.

Sacræ concionis habendæ ratio. Cap. XLI.

HAberi concio debet ſingulari cum animi ardētiꝙ charitate erga auditores, ad emendationē & profectum in deo. Et quæ talis fuerit concio, locū apud pios inuenit. Oues enim Chriſti, uocem domini ſui ueriꝙ paſtoris audiunt, ipſum agnoſcunt, ipſum ſequuntur, cum alioqui delicatæ mentes mordaciori correptionis aceto exacerbantur magis ac intereunt, noſtriſꝙ è concionibus inuidiæ tantum, ac odij, factionumꝙ peſtes contrahunt. Vbi adeò non probatur quorundam remiſſior ſermocinandi ratio, ut uehementer etiam uitio dandam excludendamꝙ cenſeamus, qua nonnulli è nobis ulcus, quod dici ſolet, tangere uerentur,

atque

atque ita excompoſito loquuntur, ea tantũ, quæ eſſe iucunda auribus ducunt, potius quàm quæ ædificent: aduerſus quos dictum illud Pauli quadrabit: Si hominibus placere uellem, Chriſti ſeruus non eſſem.

Seruandas eſſe omnes dies concioni deſtinatos. Caput XXII.

POſtquã in reformatione à dominis noſtris conſtitutum eſt, ut quiſque Parrochus dominica, Lunæ, Mercurij, & Veneris diebus concionetur, noſq; interdum ob auditorum penuriam excuſandi nobis anſam quęſiuimns, ex officio fore iam uiſum eſt, ut quantum fieri poteſt unuſquiſq; noſtrum det operam, quo dies illos concioni deſtinatos obſeruet, etiam ſi præter unum aut duo auditores non adſint amplius: quemadmodum & dominum non piguit uni mulieri Samaritanæ ac ſoli apud fontem colloqui: quanto igitur minus pigere debet, miniſtrum Chriſti de domino ſuo, in gloriam eius, cum minimis etiã diſſerere: quandoquidem apud deum nullus habetur perſonarũ reſpectus, uniusq; fidelis hominis anima toto mundo in cõſpectu eius eſt præcioſior. Neq; uerò refert, ſi euſmodi exhortatio profeſtis diebus nòn è ſuggeſtu, ſed inter ipſa ſubſellia ad auditores, atque id quamſimpliciſſimè fiat. Sed quia tam facilè omittimus, abunde declarat, quàm parum nobis curæ ſit dei honor, aut quantò plus ad multitudinẽ, quàm puſillum Chriſti gregem, ac pias mentes reſpiciamus, quibus tamen iuuandis identidẽ nos decebat eſſe

bent pagos,& ſua in hiſce templa quoq;. Vbi inprimis neceſſarium uidetur,piæ plæbeculæ in reliquis pagis per hebdomadam aliquoties concionari: die uerò dominica nonunquam ab aliquo duas haberi conciones, quam rem tamen in Capitulis(quæ uocant)tractandã porro cenſemus. Neq; enim eadem omniũ eſt oportunitas, remorari tamen in officio ſuo ſedulum uerbi preconẽ nemini fas eſto,quando errantẽ reducere in uiam,cum omnũ Chriſtianorũ,tum maximè Parrochi intereſt. neq; nobis incertũ eſt,quantum emolumẽti adferat,ex animo ſe ac ultrò,pio alicui ſe ac ſimplici homini offerre,&ſuam ei ſalutẽ per Chriſtum declarare, qui alioqui forte in ignorantia ſua miſere periturus erat, requirendusq; eius ſanguis de parrochi ſui manibus, qui ut paſtor minimè uerus gregẽ collapſam non ſubleuarit.

Priuatim quoq; docendos eſſe ſubditorum ſingulos. Caput XLIII.

QVoniam autem officij noſtri eſt, nihil eorum, quæ ad adducendum deo populũ omnino attinent, intermittere: non ſufficiat in ipſa tantũ parrochia docere publicè, aut reliquis quoq; pagis, quemadmodum ex inſtituto nobis eſt commiſſum, uerùm etiam per ſingulas domos conuenire ſubditos, priuatimq; ſingulos quantũ fieri poteſt uiam ſalutis docere ſedulò,pœnitentiamq; annũciare,ſicut ante nos fecerunt Apoſtoli quoq;,conueniet. Siquidẽ priuata illa inſtitutio mentẽ occupare multò interdum ſolet magis, quã ea,quæ ad multos etiam alios dici publicè conſueuerunt.

De infirmorum uiſitatione. Cap. XLIIII.

PRæcipuum eſt officium, conſolari afflictos, unde nos parrochi & animarum curatores, tam in urbe quam per agrum dare operã debemus ut ad infirmos uenire nobis liceat, dum adhuc animo ualent, neque

operiri extrema. debetq; is admonitionis ordo apud infirmos obſeruari, ut primo laborantē gratię diuinę commoneamus per Chriſtū, quomodo ſuis & adſit in afflictionibus, & adeſſe omnino uelit, docebimusq; ueros Chriſtianos aduentū domini ſui liberationemq; ſiue uocationē ex hoc ſeculo magno cum deſiderio expectare, quæ ubi infirmi concepiſſe ſe ſentiunt, conſolari debent, & ad pœnitentiam exhortari, unde ſui amorem, fideiq; ſuæ infirmitatem agnoſcere diſcant, & pro augenda fide dominū orent, ne forte peruerſa aliqua fiducia ſeducantur à nobis, quos diuinæ ueritatis eſſe teſtes oportet. Deinde qui ſimul adſtant exhortandi ſunt, ut per infirmi huius dolorem ac diſcrimen, ſuæ quoq; reminiſci miſerię uelint, deumq; in ueritate timere, quando omnis fiducia carnalis uana, omnino ſit ac incerta, quantumq; ſit in id genus anguſtijs ſolatiū, miſericordem habere deum, Chriſtumq; filium eius pro ſe interceſſorem & arbitrum agnoſcere, quem per pœnitentiam, noſtræq; uitę emendationem ac uerā in Chriſtum fidem conſequi liceat. Sed & præueniri multos, qui cum fatuis uirginibus, uenienti occurrere ſponſo negligāt. Poſt hæc in genua procumbendum omnibus, & infirmo pro gratia orandum, inq; anguſtijs eius pro noſtris etiam tam præſentibus, quam futuris malis diuinæ gratiæ præſentia magna cum deuotione roganda. Neq; inutile fuerit, quæ de paſſione & reſurrectione Chriſti ſcripta ſunt ex Paulo & euangeliſtis, alijsq; Apoſtolis legere, uiuaciterq; interpretari. &c. Atq; hæc actio interdū melior eſt decē concionibus, publicæ præter ſingula

De uita Parrochi erga ſeipſum & familiã ſuã. Ca. XLV.

QVisquis mandatum fecerit & docuerit, is magnus uocabitur in regno cœlorum, nõ enim auditores legis, ſed qui legẽ factis adimplent iuſti apud deum reputantur: cuius diuerſum apparet in phariſæis, rectè quidem de Moſe loquentibus, grauiaq; onera hominum humeris imponentibus, quæ minimo tamen digito attingere ipſi non dignantur, id quod longe à nobis apoſtolorũ ſectatoribus, abeſſe debet. Sed quia crucem Chriſti prædicamus, circumferre in mortali hac uita noſtra Chriſti mortem ęquum eſt, perq; uitam cœleſtem, Chriſti reſurrectioni efficaciter exhibere, quorum ſanè teſtes eſſe debemus, non autem ſumus, ubi fundamentum noſtrum in hunc modum poſuerimus, ut alij, qui præter carnem nihil ſapiuut. Manſionem noſtram habere nos in cœlo cõuenit, ueluti unà cum Chriſto è mortuis experrectos, quo eos q̃ noſtræ fidei traditi excitemus, ut de ijs diligenter cogitent, quę uera, integra, iuſta, caſta iucunda, laudeq; digna ſunt, quæ quidem diſcere à nobis accipereq; & audire, ac in nobis ipſis deniq; uidere ipſos conſentaneum eſt. Tum ſecuris accedere tribunal, Chriſtumq; noſtrum iudicẽ ac dominum licebit, & noſtri officij, in die eius, laudem mereri: id quod probè diuus Paulus expẽdit, diſcipulo ſuo Timotheo præſcribens, quales conſtituere epiſcopos, hoc eſt, myſteriorũ Chriſti diſpenſatores debeat. Oportet, inquit, epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris maritum, uigilantem, ſobrium, modeſtum, hoſpitalem, aptum ad docendum, non uinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum, ſed æquum, alienum à pugnis, alienum ab auaritia, qui ſuæ domui bene præſit, qui liberos habeat in ſubiectione cum omni reuerentia. Quorũ uerborum expendere quedam decreuimus, reliqua cuiuis

porro-

porrò inſpicienda commitentes. Irreprehenſibilem.) conuerſationem noſtram eſſe honeſtam decet, ſiue ſtando, ſiue incedendo, ſiue quicquid deniq; agendo, ut tam in dictis, quàm in factis nihil appareat, quod nō integritas commendet. Vnde conſentaneum uidetur, ut(non contempta interim plæbe)honeſto tamen amictu utamur, quo inter lixam & uerbi miniſtrum, quod ad ueſtitum adtinet, nonnihil interſit. Eiuſmodi enim neglectus, quod nihil differre quidā arbitrantur quacunq; tamen ueſte utare, leuis eſſe animi index plerunq; ſolet. Domini noſtri ſectarum turpiter ueſtiū luxū prohibent, & ſacerdotem, q eſſe alijs exemplo debet, leuiſſimo quale eſſe uſq; poteſt, amictus genere uti impunè licebit? Neq; tamen placere ideo nobis phariſaicam illam ſuperſtitionem, exiſtimare quenquam uolumus. Verùm ut in rebus omnibus, ita hic quoq; medium rectè & ſynceriter amplectendū cenſemus. Vnius uxoris maritum.) uult pro hoc Paulus caſtum ac mundū ſignificare animū, ſiue in matrimonio, ſiue extra matrimonium, Iudeorum enim morem reſpicit, quo ſingulis habere plures uxores licebat, id quod impudici animi ſignum erat, præter moleſtias quas ſecum ea uxorum uarietas & turba afferebat innumeras. Nam qui in coniugio ſunt, multas habent afflictiones per carnem, tametſi uxorem unam epiſcopo non prohibeat Paulus. Quia ad familiā curamq; domeſticā quòd attinet, tum qui placeat uxori, Siquidem Chriſtianam uxorem habet quæ unà diem domini cum ipſo identidem expectet, nihil eſt periculi. Sed unius tantum uxoris eſſe maritum debet, ...

id genus colloquijs, quibus ſcortationis & adulterij, inceſtuumq́ ſordes, improbi quidem pro libidine iactitant. Siquidem hoc ad nefanda ſcelera cōſenſus quidam uidetur, quod ipſo facinore grauius omnino malum eſt. Cui ergo ſacri uerbi magna eſſe autoritas poteſt, ubi adeo leuibus interdum ac immundis ſermonibus, uel ipſi indulgemus, uel arridemus alijs. Sobrij eſſe debemus.) qualem enim ſpeciem præſe ferat, ſi in œnopolijs cum abiectiſſimis hominibus, præter temporis rationem deſideamus inter pocula, perinde quaſi officium noſtrum nihil aliud ſit quam epulis ac potationibus dies noctesq́ incumbere. Quanquam de his non agere amplius decreuimus: ubi crux Chriſti mentem occupauerit, reliquis omnibus facilè conſulet, id quod inprimis reſpiciendum erit. Atq́ interea ab omni turpitudine, ac uicio uehementer cauendū, donec ulterius ad ſublimiora ſpiritus negocia penetrare nobis liceat, quæ ſecum omnis generis bonas artes ac uirtutes adferunt, quo tota hæc Synodus potiſſimum eſt inſtituta. Deus gratiam ſuam nobis largiatur, qua iugiter ea conſequi liceat. Amen.
Vt autem Chriſtianæ huiuſcemodi exercitationi diligentius incumbamus, quotannis celebrari talis Synodus, ab omnibus parrochis, & qui urbi præſunt, & qui agro, ipſis Calendis Maijs debet, qua ſemper memorata inſtituta renouentur. Adhæc duo Capitula cogantur annis ſingulis, quatenus hoc dominis noſtris uiſum fuerit, in quibus ſimiliter id agemus, quod pertinere cum ad noſtri, tum ad gregis profectum uidebitur, quemadmodum amplius cum dominis noſtris deliberare ac decernere conſtituimus.

Poſtremo uero oramus, ut omnipotens deus nos tueatur ac dirigat, idq́ augere pergat, quod ſex hiſce diebus miſericorditer nobis largiri dignatus eſt, quo reliqua uita noſtra omnino ad gloriā eius, & plæbis profectum inſtituat.